Dauid desiderabilis siue manu fortis. Damascus sanguinis poculum. Derben generationis filium siue loquentem. Dionysius diiudicatus siue uehementer fugiens. Damaris silens caput. Demetrius uehementer innectens siue nimium persequens. Derbaeus loquax siue ut supra. Drusilla generis pacifici. Dioscoroe pulchri ad tegendum. sunt autem gemini Castores.

Elaeonis id est montis oliueti, quod interpretatur diuinitas uel adlaborantes. Elamitae obiecti oppositi siue despecti. Ebraei transitores. Emor asinus, si per heth litteram scribatur: quod si per aleph, loquax dicitur. Elymas ad transgressionem siue transgredi faciens. Ermes anathema moeroris. Erastus frater meus uidens. satis absurde uocabulum figuratum. Ellada ad scientiam uel ad adscensum siue dei scientia. syra uero lingua dicitur super hanc. Ellenon (id est Graecorum) ad adscendentes siue scientia dei. Efesum uoluntas mea in ea siue finis eorum. Entyches amens. porro graece dicitur fortunatus. Ebraice transitorie. Eurielion conmiscens siue deorsum ducens.

1 Act 4,36? 11,20? | 1 Act 6,9 | 1 Act 6,9 | 2 Act 8,40 | 3 Act 8,27 | 3 Act 10,1 | 4 Act 11,28 | 4 Act 13,21 | 5 Act 16,12 | 6 Act 18,1 | 8 Act 18,8 | 8 Act 21,1 | 9 Act 21,1 fin | 9 Act 21,1 | 9 Act 27,16 | 13 Act 1,16 | 13 Act 9,2 | 14 Act 14,6 | 14 Act 17,34 | 15 Act 17,34 | 16 Act 19,24 | 17 Act 20,4 | 17 = 14 | 17 Act 24,24 | 18 Act 28,11 | 20 Act 1,12 | 21 Act 2,9 | 22 Act 6,1 | 22 Act 7,16 | 23 Act 13,8 | 24 Act 14,12 | 25 Act 19,22 | 26 Act 20,2 | 27 Act 14,1 | 28 Act 20,16 | 29 Act 20,9 | 30 Act 21,40 | 30 Act 27,14

quae secuntur duo nomina per extensam E litteram legenda sunt.

Erodes pellis gloria. Esaias salus domiui. uerum apud Hebraeos ab I littera sumit exordium.

Filippus os lampadarum. Frygia scissio pectorum. Farisaei diuisi. Farao denudans eum siue dissipator eius. Foenicis adnuerunt siue nutus. Fisidiam os sonitus. quia (ut supra dixi) P litteram non habent, propterea Pisidiam per F efferunt. Felicem ruinam facturae siue timorem eius. latinum nomen est. Festum ore multorum. et hoc nomen latinum uiolentum, quia hebraice figuratur.

Galilaei uolubiles uel rotabiles. Gamalihel retributio dei. Gaza fortitudo eius. G littera addita est, siquidem hebraice per ain scribitur. Gallionis transferentis. Galatiam magnificam siue translatam. Gaium conmotum. sed melius uallensem.

Ierosolyma uisio pacis. Iohannes in quo est gratia uel domiui gratia. Ioseph auctus. Iustus parcens uel ipse adleuatus. Iohel incipiente deo siue est deus. Ionatha columba dans siue columba ueniens. Ioppe pulchritudo. Italica mentis excessus. Iessai insulae oblatio. Iasonis desiderantis siue qui mandatum fecerit. Iulium incipientem. Iconium praeparatio aut consolatio.

Libyam uenientes siue introitus numero plurali. Leuites additus. Libertinorum facientium paleas. Lydda utilitas. Lucius ipse suscitans. Lycaonia ad suscitandum. Lystra generans decorem. Lydia quam nos possumus dicere prodificatam. porro graece melius adpellatur ὠφεληθεῖσα. Lysias generatus. Lyciae lacrimantis. Laisa in salutem.

omnia paene ex L littera nomina uiolenter usurpata sunt.

3 Act 4,27 | 3 Act 8,28 | 5 Act 1,13 | 5 Act 2,10 | 5 Act 5,34 | 6 Act 7,10 | 6 Act 11,19 | 7 Act 13,14 | 8 = 65,19 | 9 Act 23,24 | 10 Act 24,27 | 12 Act 1,11 | 12 Act 5,34 | 13 Act 8,26 | 14 Act 18,12 | 14 Act 18,23 | 15 Act 19,29 | 16 Act 1,4 | 16 Act 1,5 | 17 Act 1,23 | 17 Act 1,23 | 18 Act 2,16 | 18 Macc I 10,74 | 19 Act 9,36 | 19 Act 10,1 | 20 Act 13,22 | 20 Act 17,5 | 21 Act 27,1 | 21 Act 13,51 | 23 Act 2,10 | 23 Act 4,36 | 24 Act 6,9 | 24 Act 9,32 | 25 Act 13,1 | 25 Act 14,6 | 25 Act 14,6 | 26 Act 16,14 | 27 Act 23,26 | 28 Act 27,5 | 28 Act 27,8

Matthaeum donatum. Maria inluminata nel ut supra. Medi mensurantes uel mensurati. Mesopotamia elenata uocatione quadam. sed melius a graeco etymologiam possidet quod duobus fluuiis Eufrate ambiatur et Tigri. Madian in indicio uel ex indicio. Moloch rex noster, quem et Melchom solent dicere. Marcus excelsus maudato. Manaem castrum. Mysia adtrectatio uel palpatio. Macedo quem uos orientalem possumus. dicere. figuratum uomen ab eo, quod hebraice legitur meccedem. Mytilene declinaus siue transmigraus. Miletum generantem. Mnasouem consolantem uel quiescentem. Myrra amara. Militene de infirmitate siue maudatum humilitatis.

Nazareuum mundum sanctum uel abiunctum. Nicanorem stantem lucernam. Nicolaum stultum ecclesiae languentis. Niger adsceudeus. Neapolim coumotionem mirabilem. Naasson augurans.

Petrus agnosceus siue dissolueus. Parthi diuideutes perfecte. Poutus incliuaus. Pamphylia conuersi a ruiua siue diuisio cadeus. Poutius decliuans cousilium. Pilatus os malleatoris. Prochorum fructus cougregantem. Parmeuam diuideutem pleuitudinem. Pascha trausscendens uel transgressio. Pafum redemptiouem cadentem. Parion discooperientem. Perge uoragiuem. Pythoua os abyssi. Priscilla agnosceus. Pyrrus dissoluens. Patara separans. Ptolomais deducens ad mensuram. Porcium diuidentem duritiam eorum. Publius tabernaculum eius. Puteoli decliuautes.

haec omuia graeca uomiua uel latina quam uioleuter secundum linguam hebraicam iuterpretata sint, perspicuum puto esse lectori.

Romani sublimes nel touantes. Rafaim facturae uostrae

1 Act 1,13 | 1 Act 1,14 | 1 = 62,16 | 2 Act 2,9 | 2 Act 2,9 | 4 Act 7,29 | 5 Act 7,43 | 6 Act 12,12 | 6 Act 13,1 | 6 Act 16,7 | 7 Act 16,9 | 8 Gen 2,8 | 9 Act 20,14 | 9 Act 20,15 | 10 Act 21,16 | 10 Act 27,5 | 11 Act 28,1 | 12 Act 2,22 | 12 Act 6,5 | 13 Act 6,5 | 14 Act 13,1 | 14 Act 16,11 | 15 Luc 3,32 | 16 Act 1,13 | 16 Act 2,9 | 17 Act 2,9 | 17 Act 2,10 | 18 Act 4,27 | 18 Act 4,27 | 19 Act 6,5 | 19 Act 6,5 | 20 Act 12,4 | 21 Act 13,6 | 21 ? | 22 Act 13,13 | 22 Act 16,16 | 22 Act 18,2 | 23 Act 20,4 | 23 Act 21,1 | 23 Act 21,7 | 24 Act 24,27 | 25 Act 28,7 | 25 Act 28,13 | 29 Act 2,10 | 29 Act 7,43

uel laxitati eorum. Rhode uideus uel fortis. Rhodum uisionem aut desceusiouem. Regium pascua eorum. Romam sublimem siue tonitruum.

Samaria custos. Simouis oboedientis siue pouentis tristitiam aut audientis moerorem. Salomon pacificus. Samuhel uomen eius deus. Sadducaei iustificati. Safiram narrautem siue litteratam aut librariam uel certe syro sermone formosam. Stephauum uormam uostram uel σκοπὸν uostrum, quo ueru et iacula diriguntur. Sychem umeri. Sinai siue finis aut secundus iuterpretatur aut mandatum mensuraque eius uel certe tentatio. Saulus teutatio respicientis uel saturitas. Sarona cantans tristitiam. Sidonii uenatores. Seleuciam tollentem semet ipsam siue experimentum itineris uel exeuntem ad uocatiouem. Salaminam umbra coumotionis aut fluctus uel salutationem iudicii. Sergio principi uallis siue hortuli. Saul petitio siue expetitus dicitur. Silam missus. Syria sublimis iuxta hebraeam etymologiam. nam Syria hebraice Aram. Samothracia auditio reuelationis siue respousionis. Sosthenes saluanti eos siue gaudium da mihi. Sceua uulpecula clamans uel loquens. Sosipater narrans. Secundus eleuans. Samus auditus. Sicariorum ebriosorum. Sebaste gyro siue gyrauti, ita tamen, ut a samech littera exordium habeat. Salmouem uomen habitaculi. Syrtim angustiam uel tribulationem. melius autem Salustius a tractu ait uomen iupositum. Syracusae murus siue maceria laetitiae.

Timonem uumerantem sitim siue piuguedinem. Tabitha damma uel caprea. Tyrii coangustati, ut supra diximus, ab hebraico Sor uomine declinatum. Troadem requiem. Tyranui contineutis eos uel coufortantis eos. Tertullus placens

1 Act 12,13 | 1 Act 21,1 | 2 Act 28,13 | 2 Act 28,16 | 4 Act 1,8 | 4 Act 10,17 | 5 Act 3,11 | 5 Act 3,24 | 6 Act 4,1 | 6 Act 5,1 | 8 Act 6,5 | 9 Act 7,16 | 9 Act 7,30 | 11 Act 9,4 | 12 Act 9,35 | 12 Act 12,20 | 12 Act 13,4 | 14 Act 13,5 | 15 Act 13,7 | 16 Act 13,9 | 16 Act 15,22 | 17 Act 15,23 | 18 Act 16,11 | 19 Act 18,17 | 19 Act 19,14 | 20 Act 20,4 | 20 Act 20,4 | 21 Act 20,15 | 21 Act 21,38 | 21 Act 27,1 | 23 Act 27,7 | 23 Act 27,17 | 24 Salust Iugurtha 78 | 25 Act 28,12 | 26 Act 6,5 | 26 Act 9,36 | 27 Act 12,20 | 27 = 63,27 | 28 Act 16,8 | 28 Act 19,9 | 29 Act 24,1

stercore uel aggere eorum. Tabernae uisiones eorum siue bona uisio.

huc usque per simplicem litteram tau, nunc per theta graecum legenda sunt.

Theophile sursum ferens siue conuertens. sed melius graeca etymologia ab eo quod amatus sit deo. Thomas *δίδυμος*, id est geminus, uel abyssus. Theudas laudatio uel capiens aut signum. Tharsensis explorator laetitiae. Thyatira inluminata. Thessalonicensium festinantium umbram roborare siue firmare.

De epistulis catholicis.

De epistula Iacobi.

Abraham pater uidentis multitudinem.

Elia dei domini. Esaia salus domini.

Iob magus. Iunia incipiens. Iason factus in mandato.

Raab dilatata.

Sabaoth uirtutum siue exercituum.

De prima epistula Petri.

Asia eleuans.

Bithynia uirguncula uel filia domini. Babylon confusio siue translatio.

Cappadocia manus redempta domino.

Galatia transmigrans uel translata.

Marcus sublimis mandato.

Sara princeps. Siluanus missus.

De secunda epistula Petri.

Balaam uanus populus aut deuoratio eius. Bosor in tribulatione aut carneus siue pelliceus.

Cappadocia manus redimens domino.

Electae adscendentes.

Galatia transmigrata. Gomorra populi timor siue cae-

1 Act 28,15 | 5 Act 1,1 | 6 Act 1,13 | 7 Act 5,36 | 8 Act 9,11 | 8 Act 16,14 | 9 Act 20,4 | 13 Iac 2,21 | 14 Iac 5,17 | 14 Rom 15,12? | 15 Iac 5,11 | 15 Rom 16,7 | 15 Rom 16,21 | 16 Iac 2,25 | 17 Iac 5,4 | 19 Petr I 1,1 | 20 Petr I 1,1 | 20 Petr I 5,13 | 22 Petr I 1,1 | 23 Petr I 1,1 | 24 Petr I 5,13 | 25 Petr I 3,6 | 25 Petr I 5,12 | 27 Petr II 2,15 | 27 Petr II 2,15 | 29 Petr I 1,1 | 30 Ioh II 1 | 31 Petr I 1,1 | 31 Petr II 2,6

citas. o in principio additum est, alioquin ex ain describitur.

Lot declinans sine uinctus.

Marcus sublimis mandato siue defricatus aut amarus.

Noe requies.

Pontus declinans. Paulus mirabilis.

Sara princeps. Simon audiens. Siluanus missus. Sodomis fuluis aut taceutibus.

De tertia epistula Iohannis.

Diotrefes speciosus insulsus siue decor insaniens. Demetrius fortis ad persequendum siue fortis uirga deicere.

Gaius mobilis.

De epistula Iudae.

Aegyptus tenebrae uel tribulatio. Adam homo.

Balaam uanus populus.

Cain possessio. Core caluities aut glacies.

Diabolo defluenti siue clauso in ergastulis.

Enoch dedicatio.

Gomorra populi timor aut caecitas.

Michahel quis ut deus. Moyses palpans siue liniens.

Sodoma pecus tacens.

De epistula Pauli ad Romanos.

Abraham pater uidens populum. Adam homo siue terrigena. Abba pater: syrum est. Achaia frater quis aut frater eius uel frater domini uel frater meus dominus. Aquila dolens uel parturiens. Asia eleuata siue gradiens. Andronicus decorus ad stadium aut respondens siue cogitans pastionem. Ampliatus populus malleator. Apelles congregans eos. Aristobulus suscitans dolore germen. Asyncritum dirigens thuribulum.

3 Petr II 2,7 | 4 Petr I 5,13 | 5 Petr II 2,5 | 6 Petr I 1,1 | 6 Petr II 3,15 | 7 Petr I 3,6 | 7 Petr II 1,1 | 7 Petr I 5,12 | 7 Petr II 2,6 | 10 Ioh III 9 | 10 Ioh III 12 | 12 Ioh III 1 | 14 Iud 5 | 14 Iud 14 | 15 Iud 11 | 16 Iud 11 | 16 Iud 11 | 17 Iud 9 | 18 Iud 14 | 19 Iud 7 | 20 Iud 9 | 20 Iud 9 | 21 Iud 7 | 23 Rom 4,1 | 23 Rom 5,14 | 24 Rom 8,15 | 24 Rom 15,26 | 25 Rom 16,3 | 26 Rom 16,5 | 26 Rom 16,7 | 28 Rom 16,8 | 28 Rom 16,10 | 29 Rom 16,10 | 29 Rom 16,14

Beniamin filius dexterae. Baal habens uel deuorans.

Cenchris possidens sectatores.

Dauid desiderabilis.

Epaeneton superiudutum. Ermen anathematizantes moerorem. Ermain auferentem sine anathema nostrum. Erastus frater meus uidens aut uigilans.

tria nomina quae secuntur per H litteram sunt legenda.

Hesaias salutare domini. Helias deus dominus aut fortis dominus. Herodionem formidinem.

Farao discooperiens eum. Foeben ore aedificantem uel oris filium. Flegon dissicans sine diuidens. Filologum ore praecipuum uel os meum ei in hortum.

Gomorra populi timor aut caecitas. Gaius mobilis sine nallensis.

Iuda confitens siue glorificans. Iesu saluator. Israhel uir uidens deum. Isaac risus. Iesse insulae libamen. Illyricus aduena aut elementum uel certe secundum uersus. Ierusalem uisio pacis.

Lucius ipse eleuans uel consurgens.

Moyses adtrectans siue liniens. Macedonia orientalis. Maria inluminans uel inluminata.

Narcissus adscensus laetitiae siue lucerna scindens aut couligens. Nereus lucerna domini.

Osee saluator. Olympam parturientem thalamos.

Paulus mirabilis siue electus. Priscus agnoscens. Persidam tentantem sine dissuentem latera sua. Patrobam dissoluentem eum sine uidentem eum.

Quartus clangens sine superflue.

Rebecca multa patientia siue quae multum acceperit. Rufum sanantem nos uel reficientem nos.

1 Rom 11,1 | 1 Rom 11,4 | 2 Rom 16,1 | 3 Rom 1,3 | 4 Rom 16,5 | 4 Rom 16,14 | 5 Rom 16,14 | 5 Rom 16,23 | 8 Rom 9,27 | 8 Rom 11,2 | 9 Rom 16,11 | 10 Rom 9,17 | 10 Rom 16,1 | 11 Rom 16,14 | 11 Rom 16,15 | 13 Rom 9,29 | 13 Rom 16,23 | 15 Rom 1,16? | 15 Rom 3,22 | 15 Rom 9,6 | 16 Rom 9,7 | 16 Rom 15,12 | 16 Rom 15,19 | 17 Rom 15,26 | 19 Rom 16,21 | 20 Rom 9,15 | 20 Rom 15,26 | 21 Rom 16,6 | 22 Rom 16,11 | 23 Rom 16,15 | 24 Rom 9,25 | 24 Rom 16,15 | 25 Rom 1,1 | 25 Rom 16,3 | 25 Rom 16,12 | 26 Rom 16,14 | 28 Rom 16,23 | 29 Rom 9,10 | 30 Rom 16,13

Sara princeps. Sabaoth nirtutum siue exercituum. Sodoma pecus tacens siue fulua nel sterilis. Sion specula. Spania expeditio siue adcinctus. sed rectius Hispania scribitur. Stachyn facientem cantilenas. Satanas parabata nel contrarius. Sosipatrus saluans dispersos.

Tryfaenam innuentem uel renertentem. Tryfosam perspicuam. Timotheus beneficus. Tertius adiungens (id est adplicans) se.

Urbanus luce gaudens.

Ad Corinthios prima.

Apollo miraculum siue congregans eos. Achaia frater meus quispiam uel frater meus dominus. Aquila parturiens siue dolens.

Barnabas filius consolationis.

Corinthum ciues uel decuriones eorum. Cephas Petrus. syrum est. Crispum scientem. Chloes inuestigantes siue omnes. sed melius conclusio siue consummatio.

Damascus sanguinis potus.

Efeso uoluntas mea in ea siue anima mea in ea. Eua uita siue calamitas. Ebraei transitores.

Gaium commotum. Galatia magnifica uel translatio.

Iudaeis confitentibus nel laudantibus. Iacobo subplantatori. Ierusalem uisio pacis.

Moyses palpans siue liniens. Macedonia orientalis. Maranatha dominus noster uenit. syrum est.

Prisca cognoscens.

Sosthenes salnans in tempore. Stephana regulam nostram uel speculatorem nostrum uel indicantem nos. Siluanus missus. Satanas aduersarius. Sabbatum requies.

1 Rom 4,19 | 1 Rom 9,29 | 1 Rom 9,29 | 2 Rom 9,33 | 3 Rom 15,28 | 4 Rom 16,9 | 4 Rom 16,20 | 5 Rom 16,21 | 6 Rom 16,12 | 6 Rom 16,12 | 7 Rom 16,21 | 7 Rom 16,22 | 9 Rom 16,9 | 11 Cor I 1,12 | 11 Cor I 16,15 | 12 Cor I 16,19 | 14 Cor I 9,6 | 15 Cor I 1,2 | 15 Cor I 1,12 | 16 Cor I 1,14 | 16 Cor I 1,11 | 18 Cor II 11,32 | 19 Cor I 15,32 | 19 Cor II 11,3 | 20 Cor II 11,22 | 21 Cor I 1,14 | 21 Cor I 16,1 | 22 Cor I 1,23 | 22 Cor I 15,7 | 23 Cor I 16,3 | 24 Cor I 9,9 | 24 Cor I 16,5 | 24 Cor I 16,22 | 26 Cor I 16,19 | 27 Cor I 1,1 | 27 Cor I 1,16 | 28 Cor II 1,19 | 29 Cor I 5,5 | 29 Cor I 16,2

Ad Corinthios secunda.

Asia auferens siue pergens. Abraham pater uidens multitudinem. Areta stupor uel descensio.

Beliar caeca angustia siue caecum lumen uel filius praeuaricationis. sed rectius Belial dicitur.

Damascus sanguinis potus.

Eua calamitas siue uita. Ebraei transitores.

Israhelitae uiri uidentes deum.

Siluanus missus. Satanas transgressor siue aduersarius.

Troadem requiem siue latitudinem. Titum quaerentem siue bonum. sed melius mutatum.

Ad Galatas.

Arabiam humilem siue occidentalem. Antiochiam paupertatis silentium. Abraham pater uidens multitudinem. Abba pater. syrum est. Agar aduena siue conuertens.

Cilicia adsumptio siue uocatio lamentabilis.

Damascus sanguinis potus.

Iudaismum confessionem. Ierosolyma uisio pacis. Iacobo subplantatori. Iohannes domini gratia siue cui donatum est. Isaac risus. Israhel uir uidens deum.

Petrus dissoluens uel discalcians.

Syria sublimis. Sina mensura eius siue temtatio.

Ad Filippenses.

Beniamin filius dexterae.

Clemens ecclesiastes siue concionator.

Epafroditum frugiferum. Ebraeus transitor. Euhodiam adprehendentem dominum.

Filippenses os lampadarum. Farisaeus diuisus. Filippus os manuum uel lampadarum.

2 Cor II 1,8 | 2 Cor II 11,22 | 3 Cor II 11,32 | 4 Cor II 6,15 | 6 Cor II 11,32 | 7 Cor II 11,3 | 7 Cor II 11,22 | 8 Cor II 11,22 | 9 Cor II 1,19 | 9 Cor II 2,11 | 10 Cor II 2,12 | 10 Cor II 2,13 | 13 Gal 1,17 | 13 Gal 2,11 | 14 Gal 3,6 | 14 Gal 4,6 | 15 Gal 4,24 | 16 Gal 1,21 | 17 Gal 1,17 | 18 Gal 1,13 | 18 Gal 1,17 | 18 Gal 1,19 | 19 Gal 2,9 | 20 Gal 4,28 | 20 Gal 6,16 | 21 Gal 1,18 | 22 Gal 1,21 | 22 Gal 4,24 | 24 Phil 3,5 | 25 Phil 4,3 | 26 Phil 2,25 | 26 Phil 3,5 | 26 Phil 4,2 | 28 Phil 1,1 | 28 Phil 3,5 | 28 ?

Syntychen loquelam siue ἀδολεσχίαν, quam nos dicere possumus cantilenam.

Thessalonicam festinans umbram statuere.

Ad Coloseuses.

Aristarchus mons facturae superfluae. Archippus longitudo operis siue iusidiae oris uel insidiae dilatati.

Barnabas filius consolationis.

Colosis noci factae.

Demas silens.

Epafra frugifer uel equidem uideus.

Iesus saluator. Iustus parcens siue ipse elatus. Ierapoli indicio superiori.

Laodicia tribus amata domini. sed melius natiuitas expectata. Lucas ipse consurgens siue ipse eleuans.

Marcus sublimis mandato siue amarus uel certe adtritus atque limatus.

Nympham adplicitam ori eorum.

Onesimo decoro uel respondenti.

Tychicus tacens.

Ad Thessalouiceuses.

Achaia frater meus quis siue frater meus dominus. Athenae in tempore dissipatae.

Siluanus missus. Satanas aduersarius uel transgressor.

Ad Hebraeos.

Abraham pater uidens multitudinem. Aegyptus tenebrae uel angustiae. Aaron mons fortitudinis. Abel luctus.

Barac fulgurans.

Cain possessio.

Dauid desiderabilis siue fortis manu.

Enoch dedicatio. Esau rubeus siue aceruus lapidum. Ebraeus transitor.

1 Phil 4,2 | 3 Phil 4,16 | 5 Col 4,10 | 5 Col 4,17 | 7 Col 4,10 | 8 Col 1,2 | 9 Col 4,14 | 10 Col 1,7 | 11 Col 4,11 | 11 Col 4,11 | 11 Col 4,13 | 13 Col 2,1 | 14 Col 4,14 | 15 Col 4,10 | 17 Col 4,15 | 18 Col 4,9 | 19 Col 4,7 | 21 Thess I 1,7 | 22 Thess I 5,28 add | 23 Thess I 1,1 | 23 Thess I 2,18 | 25 Hebr 2,16 | 25 Hebr 3,16 | 26 Hebr 5,4 | 26 Hebr 11,4 | 27 Hebr 11,32 | 28 Hebr 11,4 | 29 Hebr 4,7 | 30 Hebr 11,5 | 30 Hebr 11,20 | 30 Hebr tit

Farao nudauit eum uel dissipauit eum. Fase transscensus, quod interpretatur pascha.

Gedeon experimentnm iniquitatis.

Iesns salus uel salnator. Iuda confitens uel laudator. Isaac risus. Iacob subplantator. Ioseph addens siue augmentum. Iericho luna siue odor eius. Iepte apernit siue aperientis.

Leui additus.

Moyses palpans uel linieus. Melchisedec rex iustus. Manna quiduam est istud.

Noe requies siue requiesceus.

Raab si per ain mediam litteram scribatur, famem significat, si per he, impetum, si per heth, latitudinem.

Sabbata requies. Salem pax. Sara princeps. Samson sol eornm. Sion specula. Samuhel nomeu eius deus.

Ad Timotheum prima.

Alexander leuans angustiam teuebrarum. Adam homo.

Galatia translatio. Gallia transferens.

Diabolum defluentem siue clausum in latumiis.

Efesum uoluntas eins. Eua calamitas ant uita siue uae.

Iamues marinus siue ubi est signum. Iambres mare pelliceum siue mare iu capite.

Onesiforus respondens uarrationem.

Pontius inclinaus consilium. Pilatus ore malleator siue ore contundeus.

Satauas aduersarius.

Ymeuaeus dormitans.

Ad Timotheum secunda.

Asia eleuatio. Archippus longitudo operis. Aristarchus

1 Hebr 11,24 | 1 Hebr 11,28 | 3 Hebr 11,32 | 4 Hebr 2,9 | 4 Hebr 7,14 | 5 Hebr 11,9 | 5 Hebr 11,9 | 5 Hebr 11,21 | 6 Hebr 11,30 | 6 Hebr 11,32 | 8 Hebr 7,5 | 9 Hebr 3,2 | 9 Hebr 5,6 | 10 Hebr 9,4 | 11 Hebr 11,7 | 12 Hebr 11,31 | 14 Hebr 3,11? | 14 Hebr 7,1 | 14 Hebr 11,11 | 14 Hebr 11,32 | 15 Hebr 12,22 | 15 Hebr 11,32 | 17 Tim I 1,20 | 17 Tim I 2,13 | 18 Tim II 4,10 | 18 ? | 19 Tim I 3,6 | 20 Tim I 1,3 | 20 Tim I 2,13 | 21 Tim II 3,8 | 21 Tim II 3,8 | 23 Tim II 1,16 | 24 Tim I 6,13 | 24 Tim I 6,13 | 26 Tim I 1,20 | 27 Tim I 1,20 | 29 Tim II 1,15 | 29 Philem 2 | 29 Phil 24

mons facturae superfluae. Antiochia paupertatis silentium. Aquila dolens uel parturiens.

Crescens tenebrosus. Carpum scientem perspicue. Corinthus oritur ipse. Claudia spes tranquillitatis.

Dauid desiderabilis uel fortis manu. Demas silens siue terrenus uel sanguineus. Dalmatiam paupertatem graudem.

Eunicae ornantis. Euhodiam adprehendentem dominum. Ermogenes nomens eos in ualle. sed melius mons scrutatus.

Efeso uoluntas eius. Erastus frater uidens. Eubulus cohabitator.

Figelus occurrens uel aduersarius. Filonem faciem dei. Filetum declinans uel os meum.

Galatia magnifica uel translatio.

Iconium uocatam sine duram. sed melius ubi est calamus.

Loidi ὠφεληθείσῃ, id est quae consecuta est utilitatem. Lystris utilitas angustiae uel tribulationis. Lucas ipse consurgens aut ipse eleuans. Linus candidus siue tibicen.

Moyses palpans uel contrectans. Membranas apertas uel manifestas. Mileto generare siue quis est eius.

Priscam agnoscentem. Pudens indutus consilio.

Roma excelsa siue tonitruum.

Troadi seruienti. Trofimum dissoluentem thalamos.

Ad Titum.

Arteman anathematizantem siue conturbantem. Apollo mirabilem.

Cretam uocationem consummatam.

Nicopoli germen protectionis meae.

Zenam conmotionem eius siue conmouens eum uel ipse requiescens.

1 Tim II 3,11 | 2 Tim II 4,19 | 3 Tim II 4,10 | 3 Tim II 4,13 | 3 Tim II 4,20 | 4 Tim II 4,21 | 5 Tim II 2,8 | 5 Tim II 4,10 | 6 Tim II 4,10 | 7 Tim II 1,5 | 7 Phil 4,2 | 8 Tim II 1,15 | 9 Tim II 1,18 | 9 Tim II 4,20 | 9 Tim II 4,21 | 11 Tim II 1,15 | 11 Tim II 4,13 | 12 Tim II 2,17 | 13 Tim II 4,10 | 14 Tim II 3,11 | 15 Tim II 1,5 | 16 Tim II 3,11 | 16 Tim II 4,11 | 17 Tim II 4,21 | 18 Tim II 3,8 | 18 Tim II 4,13 | 19 Tim II 4,20 | 20 Tim II 4,19 | 20 Tim II 4,21 | 21 Tim II 1,17 | 22 Tim II 4,13 | 22 Tim II 4,20 | 24 Tit 3,12 | 24 Tit 3,13 | 26 Tit 1,5 | 27 Tit 3,12 | 28 Tit 3,13

Ad Philemonem.

Appia continens sine continentia uel libera. Archippo longitudini operis.

Demas silens.

Epafrau quem nos Crescentem siue Augentium possumus dicere.

Filemoni mire donato uel certe os panis eorum.

Onesimum respondentem.

De apocalypsi Iohannis.

Asia elatio. Amen uere uel fideliter. Aser beatitudo uel beatus. Aegyptus tribulatio. Armageddon consurrectio tecti siue consurrectio in priora. sed melius mons a latrunculis uel mons globosus. Alleluia laudate dominum.

Balaam uanus populus. Balac elidens. Beniamin filius dexterae. Babylon confusio uel translatio.

Diabolus deorsum fluens. Dauid desiderabilis.

Efesus uoluntas siue consilium meum. Eufrate frugifero.

Filadelfia saluans haerentem domino.

Gad tentatio. Gog *δῶμα*, id est tectum.

Iezabel fluxus sanguinis uel fluens sanguine. sed melius ubi est sterquilinium. Issachar est merces. Iesus saluator. Ioseph adaugens.

Laodicia tribus amabilis domini sine fuerunt in nomitu. Leui additus. Labbaddon perdens pro eo, quod est interficiens. sed melius solitarius eorum.

Manna quid est hoc. Manasses obliuiosus uel obstupescens. Michahel quis ut deus. Magog de domate, hoc est de tecto, siue quod est tectum.

Nicolaitarum effusio siue ecclesia languens uel stultitia ecclesiae languentis. Neptali conuersantis.

2 Philemon 2 | 2 Philem 2 | 4 Philem 24 | 5 Philem 23 | 7 Phil 1 | 8 Philem 10 | 10 Apoc 1,4 | 10 Apoc 1,6 | 10 Apoc 7,6 | 11 Apoc 11,8 | 11 Apoc 16,16 | 13 Apoc 19,1 | 14 Apoc 2,14 | 14 Apoc 2,14 | 14 Apoc 7,8 | 15 Apoc 14,8 | 16 Apoc 2,10 | 16 Apoc 3,7 | 17 Apoc 1,11 | 17 Apoc 16,12 | 18 Apoc 1,11 | 19 Apoc 7,5 | 19 Apoc 20,8 | 20 Apoc 2,20 | 21 Apoc 7,7 | 21 Apoc 7,7 | 21 Ap 1,1 | 22 Ap 7,8 | 23 Apoc 1,11 | 24 Apoc 7,7 | 24 Apoc 9,11 | 26 Ap 2,17 | 26 Ap 7,6 | 27 Ap 12 7 | 27 Ap 20,8 | 29 Ap 2,6 | 30 Ap 7,6

Paulo ori eorum siue ori tubae. Pergamo diuidenti cornua eorum uel dissecanti uallem.

Ruben uidete filium uel uidete in medio.

Smyrnae cantico eorum. Sardis principi pulchritudinis. Satanae uel aduersario transgressori. Symeon audientis tristitiam. Sodoma pecori tacenti.

Zabulon habitaculum pulchritudinis.

De epistula Barnabae apostoli.

Abraham pater uidens populum. Adam homo. Amalec populus lingens siue populus brutus.

Dauid desiderabilis.

Eua calamitas siue uae aut certe uita. Efraim frugifer siue ubertas.

Manasse oblitus.

Naum germen.

Rebecca patientia.

Sabbata requies. Sion specula. Sina mandatum mensura uel temptatio. Satan aduersarius siue praeuaricator.

1 ? | 1 Apoc 1,11 | 3 Apoc 7,5 | 4 Apoc 1,11 | 4 Apoc 1,11 | 5 Apoc 2,9 | 5 Apoc 7,7 | 6 Apoc 11,8 | 7 Apoc 7,8 | 9 Barn 6 | 9 Barn 6 | 9 Barn 12 | 11 Barn 10 | 12 Barn 12 | 12 Barn 13 | 14 Barn 13 | 15 ? | 16 Barn 13 | 17 Barn 15 | 17 Barn 6 | 17 Barn 11 | 18 Barn 20 init?

Hieronymi de situ et nominibus locorum hebraicorum liber.

Eusebius, qui a beato Pamphilo martyre cognomentum sortitus est, post decem ecclesiasticae historiae libros, post temporum canones, quos nos latina lingua edidimus, post diuersarum uocabula nationum, quae quo modo olim apud Hebraeos dicta sint et nunc dicantur exposuit, post topographiam terrae iudaeae et distinctas tribuum sortes, ipsius quoque Ierusalem templique in ea cum breuissima expositione picturam, ad extremum in hoc opusculo laborauit ut congregaret nobis de sancta scriptura omnium paene urbium, montium, fluminum, uiculorum et diuersorum locorum uocabula, quae uel eadem manent uel immutata sunt postea uel ex aliqua parte corrupta. unde et nos, admirabilis uiri sequentes studium, secundum ordinem litterarum ut sunt in graeco posita, transtulimus, relinquentes ea quae digna memoria non uidentur, et pleraque mutantes. semel enim et in temporum libro praefatus sum me uel interpretem esse uel noui operis conditorem, maxime cum quidam uix in primis inbutus litteris hunc eundem librum ausus sit in latinam linguam non latine uertere: cuius inperitiam ex comparatione eorum quae transtulimus prudens statim lector inueniet. ut enim mihi excelsa non uindico, ita terrae cohaerentia supergredi posse me credo.

De Genesi.

Ararat Armenia. siquidem in montibus Ararat arca post diluuium sedisse perhibetur et dicuntur ibidem usque hodie manere uestigia. meminit horum montium et Ieremias

27 Gen 8,4 | 29 Ier 51,27

in uisione contra Babylonem. Iosephus quoque in primo antiquitatum iudaicarum libro saecularium litterarum historias proferens *animaduertens* inquit *Noe terram diluuio liberatam septem alios dies abire permisit et uniuersa animalia bestiasque patentibus claustris emittens ipse cum sua prole egressus est, immolans deo hostias gaudensque cum liberis. hunc locum Armenii exitum uel egressum uocant: siquidem ibi cultores illarum regionum arcam primum sedisse testantur et lignorum quaedam superesse monimenta. arcae huius et diluuii omnes qui barbaras scripsere historias recordantur: quorum est unus Berosus chaldaeus, qui super diluuio referens haec locutus est „dicitur huius nauis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere et quosdam bitumen ex ea auellentes circumferre: quo utuntur uel maxime hi qui lustrantur et se expiant". sed et Hieronymus aegyptius, qui antiquitates Phoenicum pulchro sermone descripsit, et Mnaseas et multi alii. Nicolaus quoque damascenus in nonagesimo sexto libro refert „est in Armenia super Minyadem mons nomine Beris, ad quem multos in diluuio confugisse autumant ibique esse saluatos, alios uero in arcae alueo supernatantes ad eius uerticem peruenisse, et usque ad multas aetates ligna arcae monstrari solita: quos quidem ego puto non esse alios nisi eos quos Moyses legifer Iudaeorum in suis uoluminibus edidit".*

Archath urbs regni Nemroth in Babylone. porro Hebraei hanc esse dicunt Mesopotamiae ciuitatem quae hodieque uocatur Nisibi, a Lucullo quondam romano consule obsessam captamque et ante paucos annos a Iouiano imperatore Persis traditam.

Agai ad occidentalem plagam uergit Bethelis, non multum ab ea distans. sita est autem Bethel euntibus Aeliam de Neapoli in laeua parte uiae duodecimo circiter miliario ab Aelia et usque hodie, paruus licet uicus, ostenditur. sed et ecclesia aedificata est ubi dormiuit Iacob pergens Mesopotamiam, unde et ipsi loco Bethel (id est domus dei) nomen

1 Ioseph arch I 3,5 6 | 25 Gen 10,10 | 30 Gen 12,8 | 35 Gen 28,19

iuposuit. Agai uero uix paruae ruinae resident et locus tantum modo demonstratur. et sciendum quod in hebraeo G litteram non habet, sed uocatur Ai scriburque per elementum quod apud eos ain dicitur.

Astaroth Carnaim terra gigantum quondam in supercilio Sodomorum, quos interfecit Chodorlagomor. sunt hodieque duo castella in Batanaea hoc nocabulo, nouem inter se milibus separata, inter Adaram et Abilam ciuitates.

Arboch. conrupte in nostris codicibus Arboch scribitur, cum in hebraeis legatur Arbe, id est quattuor, eo quod ibi tres patriarchae, Abraham, Isaac et Iacob sepulti sunt et Adam magnus, ut in Iesu libro scriptum est: licet quidam eum conditum in loco Caluariae suspicentur. haec est autem eadem Chebron, olim metropolis Philistinorum et habitaculum gigantum regnumque postea Dauid, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis et fugitiuorum. distat ad meridianam plagam ab Aelia milibus circiter uiginti duobus. et quercus Abraham, quae et Mamre, usque ad Constantii regis imperium monstrabatur, et mausoleum eius in praesentiarum cernitur, cumque a nostris ibidem ecclesia iam extructa sit, a cunctis in circuitu gentibus terebinthi locus superstitiose colitur, eo quod sub ea Abraham angelos quondam hospitio susceperit. haec ergo primum Arbe, postea Chebron ab uno filiorum Chaleb sortita uocabulum est. lege uerba dierum.

Ailath in extremis finibus Palaestinae iuncta meridianae solitudini et mari rubro, unde ex Aegypto Indiam et inde ad Aegyptum nauigatur. sedet autem ibi legio romana cognomento decima. et olim quidem Ailath a ueteribus dicebatur, nunc uero adpellatur Aila. sed et Aelamitarum quondam natio fuit, cui imperauit Chodorlagomor, cuius in actibus quoque apostolorum fit mentio. et in regnorum libris urbs Palaestinae quaedam Aelam scribitur.

Adama una de quinque ciuitatibus Sodomorum euersa cum ceteris.

5 Gen 14,5 | 9 Gen 23,2 | 12 Ios 14,15 | 14 Num 13,22 | 15 Reg II 2,1 | 15 Ios 20,7 | 16 Ios 21,11 | 18 Gen 13,18 | 24 Par I 2,42 | 25 Gen 14,1 | 30 Act 2,9 | 31 Reg II 10,16 | 33 Gen 14,2

Asasonthamar. in hac habitabant quondam Amorraei quos interfecit Chodorlagomor, iuxta heremnm Cades. est alind castellum Thamara, unius diei itinere a Mampsis oppido separatum, pergentibns Aeliam de Chebron, ubi nnnc romannm praesidium positum est.

Allns regio Idnmaeorum qnae nunc Gebalene dicitur, uicina Petrae cinitati.

Aenam euntibns Thamnam nnnc desertns locus et proximns Thamnae uico grandi, qui sitns est inter Aeliam et Diospolim. est et fons in snpradicto Aena loco: unde et Aenan, id est nomen fontis, accepit: in qno stans idolnm maxima illius regionis neueratione colitur. porro Hebraei adfirmant Aenan non locnm significare, sed biuium, nbi certo intnitu necessarium sit ad unam e duabus niis eligendam.

Area Atath locus trans Iordauem, in quo planxerunt Iacob quondam, tertio ab Iericho lapide, dnobus milibus ab Iordane. qui nnnc nocatur Bethagla, quod interpretatur locus gyri, eo qnod ibi more plangentinm circnmierunt in fnnere Iacob.

De Exodo.

Aelim castra filiornm Israhel et locus in deserto, in quo dnodecim fontes et septnaginta palmarum arbores Moyses de mari rubro exiens repperit.

De Numeris et Deuteronomio.

Aelus in deserto ubi filii Israhel castra metati sunt.

Aseroth pars heremi, ubi Maria et Aaron contra Moysen locnti sunt. habitauernnt autem quondam Euaei in Aseroth usqne ad nrbem Gazam. uerum haec loca non Aseroth sed Aserim adpellari Hebraei pntant.

Asemona castra filiorum Israhel in deserto.

Ahetharim, pro qno Aquila et Symmachus exploratornm niam interpretati sunt, nbi adnersum Chananaeum, qui ab austro contra Israhel eruperat, in solitudine dimicatur.

1 Gen 14,7 | 6 Num 33,13 | 8 Gen 38,14 | 15 Gen 50,10 | 21 Exod 15,27 | 25 Num 33,13 | 26 Num 11,35 | 26 Num 12,1 | 27 Dt 2,23 | 30 Num 33,29 | 31 Num 21,1

Ahie quae et Achalgai. pro hac Symmachus interpretatur *in collibus*. est autem e regione quondam Moab, nunc Areopoleos, ad orientalem plagam.

Arnon rupes quaedam in sublime porrecta in finibus Amorraeorum inter Moab et Amorraeos. Moab uero Arabiae ciuitas est quae nunc Areopolis adpellatur. ostendunt regionis illius adcolae locum uallis in praerupta demersae satis horribilem et periculosum qui a plerisque usque nunc Arnonas adpellatur extenditurque ad septemtrionem Areopoleos. in quo et militum ex omni parte praesidia distributa plenum sanguinis et formidinis testantur ingressum. hic quondam Moabitarum fuit et postea Seon rex Amorraeorum iure belli eum optinuit. sed et terra filiorum Israhel trans Iordanem incipiens ab Arnone usque ad montes Aermon et Libanum extenditur.

Ar locus uel oppidum Arnonis, quod a septuaginta interpretibus per extensam uocalem Er dicitur.

Aesimon locus deserti. denique et ipsum uocabulum incultam terram desertamque significat.

Abelsattim locus in deserto ad meridiem Moabitarum.

Azor siue Iazer terminus urbis Ammon, quae nunc Filadelfia dicitur, diuidens eam Amorraeorumque regionem. et est in octauo circiter lapide eius ad solis occasum uicus Iazer usque in praesentem diem permanens.

Aroer oppidum Moabitarum, quod situm est super ripam torrentis Arnon, possessum olim a gente ueterrima Ommim et postea retentum a filiis Lot, id est a Moabitis, cum priores adcolas subuertissent. et ostenditur usque hodie in uertice montis illius. sed et torrens per abrupta descendens in mare mortuum fluit. cecidit autem Aroer in sortem tribus Gad contra faciem Rabba.

Astaroth antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitauerunt gigantes, quae postea cecidit in sortem tribus Manasse: regionis Batanaeae, et sex milibus ab Adra urbe

1 Num 21,11 | 4 Num 21,13 | 12 Num 21,26 | 16 Num 21,15 | 18 Num 21,20 | 20 Num 33,49 | 21 Num 21,24 | 25 Num 21,26 | 26 Dt 2,9 10 | 30 Ios 13,25 | 32 Dt 1,4 | 33 Ios 12,4 | 33 Ios 13,12 | 34 Num 21,33

Arabiae separata est. porro Adra a Bostra uiginti quinque milibus distat. diximus et supra de Astaroth Carnaim.

Agri specula mons Moabitarum, in quem adduxit Balac filius Sefor Balaam diuinum ad maledicendum Israhel super uerticem, qui propter uehemens praeruptum uocatur excisus et inminet mari mortuo haut procul ab Arnone.

Araboth Moab ubi secundo numeratus est populus, quod Aquila interpretatur humilia siue aequalia Moab, hanc habens consuetudinem ut heremum propter planitiem ὁμαλήν, id est aequalem interpretetur et planam. denique Symmachus pro Araboth Moab campestria Moab transtulit. et est usque hodie locus iuxta montem Fogor, euntibus a Libiade in Esbun Arabiae contra Iericho, qui ita adpellatur.

Araba. hanc ut supra Aquila transtulit planam, Symmachus interdum campestrem, interdum inhabitabilem, Theodotion occidentalem.

Ataroth ciuitas olim Amorraeorum trans Iordanem, quae postea cecidit in sortem tribus Gad. uocatus est autem Ataroth et filius Salma siue Salmon, ut in Paralipomenis scriptum est.

Atroth Sophan. et haec ciuitas tribus Gad.

Arath ciuitas Amorraeorum uicina deserto Cades. et usque nunc ostenditur uilla ab oppido Malathis in quarto lapide, a Chebron uicesimo, in tribu Iuda.

Asemona ciuitas in deserto, ad meridiem Iudae, diuidens Aegyptum et sortem tribus Iudae ad mare usque tendentem. posui et supra Asemona, castra filiorum Israhel.

Acrabbi terminus Iudae prouinciae ad orientem respiciens, tribus Iudae. est autem et uicus grandis nunc usque nouem milibus a Neapoli contra orientem descendentibus ad Iordanem et Ierichum per eam quae adpellatur Acrabbitene. sed et confinium Amorraeorum Acrabbim dicitur, de quo loco non exterminauit alienigenas tribus Neptalim, ut in iudicum libro scriptum est.

2 = 84,5 | 3 Num 23,14 | 7 Num 26,3 | 14 ? | 14 = 87,9 | 17 Num 32,3 | 18 Num 32,34 | 19 Paral I 2,54 | 21 Num 32,35 | 22 Num 33,40 | 25 Num 33,29 | 27 = 85,30 | 28 Num 34,4 | 34 Iud 1,36

Asadada confininm Indae respiciens ad aquilonem.

Arath terminus et ipse Indae distaus a Chebron milibus niginti ad meridiem, de qno supra dictum est.

Asarenam termiuus Iudae ad septemtrionem.

Aseruai terminus et ipse Iudae.

Arbela terminus Iudae ortum solis adspiciens. est et usqne hodie uicus Arbel trans Iordanem in finibns Pellae ciuitatis Palaestinae et alins hoc nocabulo in campo praegrandi, distaus ab oppido Legionis milibus nouem.

Aulon non graecnm (ut quidam pntant), sed hebraenm nocabnlnm est. adpellatur autem nallis grandis atqne campestris in inmensam longitudinem se extendens, qnae circumdatur ex ntraque parte moutibns sibi inuicem snccedeutibus et cohaerentibus, qui incipientes a Libauo et ultra eum nsque ad desertum Faran perueniunt. suntque in ipso Anlone, id est in ualle campestri, urbes uobiles Scythopolis, Tiberias stagnnmqne propter eam, sed et Iericho, mare mortunm et regiones in circuitu, per quas medius Iordanis fluit, oriens de fontibns Paneadis et in mari mortno interiens.

Amalecitis regio in deserto ad meridiem Iudae trans urbem Petram euntibus Ailam, cuins et scriptura recordatur dicens *Amalec habitat in terra ad austrum.* sed et iuxta eum alius Chananaeus habitabat, qui et dimicauit contra filios Israhel in deserto: de quibus ita scribitur *Amalec autem et Chananaeus habitant in valle.*

Araba. Aqnila planam, Symmachns campestrem interpretautnr, sicut snpra dictum est. porro est et alia uilla Araba nomine, in finibus Diocaesareae, quae olim Safforine dicebatur, et alia tribus milibns a Scythopoli contra occideutem.

Amman quae nnnc Filadelfia, urbs Arabiae nobilis, in qua habitanernut olim Rafaim gens antiqua, qnam interfecerunt filii Lot, habitantes pro eis in Amman.

Argob regio Og regis Basan super Iordanem, quae cecidit

1 Num 34,8 | 2 Num 33,40 | 3 = 87,22 | 4 Num 34,9 | 5 Num 34,10 | 6 Num 34,11 | 10 Dt 1,1 | 20 ? | 22 Num 13,29 | 24 Num 14,25 | 26 Dt 1,7 | 27 = 87,8 | 31 Dt 2,19 | 32 Dt 2,20 | 34 Dt 3,4

in sortem dimidiae tribus Manasse. et est usque hodie nicus circa Gerasam urbem Arabiae, quindecim ab ea milibus distans contra occidentem, qui Arga adpellatur. quod interpretatur Symmachus mensuram.

Asedoth urbs Amorraeorum, quae cecidit in sortem tribus Ruben. adpellatur autem addito cognomento Asedoth Fasga, qnod in lingna nostra resonat abscisnm.

Abarim mons in quo mortnus est Moyses. dicitnr autem et mons esse Nabau in terra Moab contra Iericho supra Iordanem in supercilio Fasga. ostenditurque adscendentibus de Libiade in Esbum antiquo hodieque nocabnlo iuxta montem Fegor nomen pristinum retinentem, a quo circa eum regio usque nunc adpellatur Fasga.

Anothiair, quod interpretatur ἐπαύλεις Ἰαείρ. haec est Basan, in qna sunt nici sexaginta in monte Galaad, qui ceciderunt in sortem dimidiae tribus Manasse, qui locus nunc nocatur Golam in terra Batanaea.

De libro Iesu Naue.

Antilibanus. ea quae sunt supra Libanum ad orientalem plagam respicientia Antilibanus adpellantur circa regionem nrbis Damasci, quae cecidit in sortem tribus Manasse.

Azeca ciuitas Chananaeorum in parte tribus Iudae, ad quam usque persecutus est Iesus quinque reges. sed et hodie uocatur uilla Azeca inter Eleutheropolim et Aeliam.

Aialon uallis atque praeruptum, super quod orante Iesu quondam luna stetit iuxta uillam quae usque nunc Aialon dicitur, contra orientem Bethelis, tribus ab ea milibus distans haut procnl a Gabaa et Rama Saulis nrbibus. porro Hebraei adfirmant Aialon uicum esse iuxta Nicopolim in secundo lapide pergentibus Aeliam.

Achor. hebraice dicitur Emecachor, quod interpretatur uallis tumultus sine turbarum, eo quod ibi tumultuatus et turbatus sit Israhel. in qua lapidauerunt quondam Achan propter furtum anathematis. est autem ad septemtrionem

5 Dt 3,17 | 8 Dt 32,49 | 10 Dt 34,1 | 14 Dt 3,14 | 19 Ios 1,4 | 22 Ios 10,10 | 25 Ios 10,12 | 31 Ios 7,26 |

Iericho et nsque hodie a regionis illius adcolis sic nocatur. meminit huius Osee propheta.

Asedotb. alia haec ciuitas, non quae supra, licet eodem uocetur nomine, quam expugnauit quondam Iesus rege illius interfecto.

Asor ciuitas regni Iabin, quam solam incendit Iesus, quia metropolis erat omnium regnorum Philistiim. est et alia uilla usque hodie Asor in finibus Ascalonis contra orientem eius, quae cecidit in sortem tribus Iudae, cuius et scriptura meminit, adpellans eam ad distinctionem ueteris Asor nonam.

Aermon regio Euaeorum, quam optinuit Iesus. Hebraeus uero quo praelegente scripturas didici, adfirmat montem Aermon Paneadi inminere, quem quondam tenuerunt Euaei et Amorraei, de quo nunc aestiuae niues Tyrum ob delicias deferuntur.

Ahalac mons quem Aquila interpretatur diuidentem montem et Symmachus laeuem montem, id est limpidum sine lubricum.

Aermon mons Amorraeorum, de quo nunc dictum est. quem Foenices nocant Sanior et Amorraeus adpellauit Sanir, diciturque esse in uertice eius insigne templum, quod ab ethnicis cultui habetur, e regione Paneadis et Libani. et terra filiorum Israhel trans Iordanem ad solis ortum a praerupto Arnon usque ad montem Aermon extenditur.

Anob ciuitas quam expugnauit Iesus. et est usque hodie uilla iuxta Diospolim quasi in quarto lapide uel miliario ad orientalem plagam quae uocatur Bethoannaba. plerique autem adfirmant in octano ab ea miliario sitam et adpellari Bethannabam.

Asdod in sorte tribus Iudae, quae nunc nocatur Azotus, in qua derelicti sunt gigantes, qui adpellabantur Enacim. et est usque hodie insigne oppidum Palaestinae.

Ader urbs quam expugnauit Iesus rege illius interfecto.

1 Osee 2,17 | 3 Ios 10,40 | 3 = 89,5 | 6 Ios 11,1 | 9 Ios 15,23 | 11 Ios 11,3 | 16 Ios 11,17 | 19 Ios 11,17 | 19 = 90,11 | 20 Dt 3,9 | 25 Ios 11,21 | 30 Ios 11,22 | 33 Ios 12,14

Afec. et haec ciuitas est, quam rege illius trucidato expugnauit Iesus.

Acsaph. et contra huius regem Iesus pugnasse describitur, adpellaturque hodie uillula Chasalus in octauo lapide Diocaesareae ad radicem montis Thabor in campestribus.

Accaron in tribu Dan siue (ut ego arbitror) in tribu Iudae ad laeuam Chananaeorum. urbs una de quinque olim satrapiis Palaestinae. et decreta est quidem tribui Iudae nec tamen tenta ab ea, quia habitatores pristinos nequiuit expellere. sed et usque hodie grandis uicus ciuium Iudaeorum Accaron dicitur, inter Azotum et Iamniam, ad orientem respiciens. quidam putant Accaron turrim Stratonis, postea Caesaream nuncupatam.

Azotus quae supra Asdod, usque hodie non ignobile municipium Palaestinae et una de quinque ciuitatibus allophylorum, decreta quidem tribui Iudae, sed non retenta ab ea, quia nequaquam ueteres adcolas potuit expellere.

Ascalon urbs nobilis Palaestinae, quae et ipsa antiquitus una fuit de quinque satrapiis allophylorum, separata quidem per sortem tribui Iudae nec tamen retenta ab ea, quia habitatores eius superare non potuit.

Afeca terminus Amorraeorum super Iordanem in sorte tribus Ruben. sed et usque hodie est castellum grande Afeca nomine iuxta Hippum urbem Palaestinae.

Agad sita ad radices montis Aermon.

Aemath urbs quae cecidit in sortem Ruben. sed et nunc Amathus uilla dicitur trans Iordanem in uigesimo primo miliario Pellae ad meridiem. est et alia uilla in uicinia Gadarae nomine Amatha, ubi calidae aquae erumpunt. in regnorum quoque libris scribitur *ab introitu Aemath usque ad mare Araba*, hoc est deserti, quod est mare mortuum. ego autem inuestigans repperi Aemath urbem Coeles Syriae adpellari, quae nunc graeco sermone Epiphania nuncupatur.

1 Ios 12,18 | 3 Ios 12,20 | 6 Ios 13,3 | 8 Iud 1,18 | 14 Ios 13,3 | 14 = 90,30 | 16 Ios 15,47 | 18 Ios 13,3 | 22 Ios 13,4 | 25 Ios 13,5 | 26 Ios 13,5 | 30 Reg IV 14,25

Ammon trans Iordanem in tribu Gad. haec est Amman de qua supra diximus, Filadelfia, ciuitas inlustris Arabiae.

Addara in tribu Iuda iuxta desertum. est quoque et alia uilla in finibus Diospoleos iuxta thamniticam regionem, quae a Thamna uilla usque hodie sic uocatur.

Accarca uicus in deserto situs in possessione tribus Iudae, pro quo Symmachus interpretatur pauimentum.

Achor in tribu Iudae, de qua et supra dictum est.

Adommim quondam uillula, nunc ruinae in sorte tribus Iudae, qui locus usque hodie uocatur Maledomim et graece dicitur ἀνάβασις πυῤῥῶν, latine autem adpellari potest adscensus ruforum siue rubrantium, propter sanguinem qui illic crebro a latronibus funditur. est autem confinium tribus Iudae et Beniamin, descendentibus ab Aelia in Ierichum, ubi et castellum militum situm est ob auxilia uiatorum. huius cruenti et sanguinarii loci dominus quoque in parabola descendentis Ierichum de Hierosolyma recordatur.

Amam in tribu Iuda.

Aser in tribu Iuda. adpellatur autem et nunc uicus praegrandis pergentibus Ascalonem de Azoto.

Asarsual in tribu Iuda.

Ain in tribu Iuda, urbs sacerdotibus separata. est et usque hodie uilla Bethennim nomine secundo lapide a terebintho, hoc est a tabernaculo Abraham, quattuor milibus a Chebron.

Asthaol in tribu Iuda. et usque hodie uillula uocabulo Asto inter Azotum et Ascalonem permanet.

Asna in tribu Iuda.

Adollam in tribu Iuda. et usque hodie uicus non paruus ad orientem Eleutheropoleos in decimo eius miliario hoc uocatur nomine.

Adithaim in sorte tribus Iudae. dicitur autem et quae-

1 Ios 13,10 | 2 = 88,31 | 3 Ios 15,3 | 6 Ios 15,3 | 8 Ios 15,7 | 8 = 89,31 | 9 Ios 15,7 | 16 Luc 10,30 | 18 Ios 15,26 | 19 Ios 15,27 | 21 Ios 15,28 | 22 Ios 15,32 | 22 Ios 21,16 | 26 Ios 15,33 | 28 Ios 15,33 | 29 Ios 15,35 | 32 Ios 15,36

dam uilla Adia iuxta Gazam et alia Aditha iuxta Diospolim quasi ad orientalem plagam respicieus.

Adasa in tribu Iudae usque hodie uicus iuxta Gufuas. sed miror quo modo gufueusem regionem in tribu Iudae posuerit, cum perspicuum sit secundum librum illum in sortem eam cecidisse tribus Efraim.

Ather iu tribu Iudae.

Asan iu tribu Iudae. est usque hodie uicus uomine Bethasau ad Aeliam pertiueus, in quinto decimo ab ea miliario.

Asseuna iu tribu Iudae.

Agzif in tribu Iudae.

Anab in tribu Iudae nunc usque uicus iu fiuibus Eleutheropoleos. est et alia grandis uilla Iudaeorum uomiue Anea iu Daroma coutra australem plagam Chebronis, nouem ab ea milibus separata.

Asthemoe iu tribu Iuda, uicus et ipse Iudaeorum in Daroma ad aquilouem loci Anem.

Auim iu tribu Iuda. est uicus Auea iuxta alterum de quo supra diximus, ad orientalem plagam respicieus, cunctis habitatoribus christiauis.

Afeca in tribu Iudae.

Ammata iu tribn Iudae.

Arebba in tribn Iudae.

Ataroth iuxta Rama in tribu Ioseph.

Ataroth ciuitas tribus Efraim. nunc uicus ad aquilouem Sebastae in qnarto eius miliario Attharus dicitur.

Adara ciuitas tribus Efraim.

Aser ciuitas tribns Manasse. nuuc demonstratur uilla desceudeutibus a Neapoli Scythopolim, in decimo quiuto lapide iuxta uiam publicam.

Ataroth ciuitas tribus Beuiamiu. sunt autem duae Ataroth haut procul ab Aelia.

3 Ios 15,37 | 7 Ios 15,42 | 8 Ios 15,42 | 10 Ios 15,43 | 11 Ios 15,44 | 12 Ios 15,50 | 16 Ios 15,50 | 18 Ios 15,50 | 19 = 93,13 | 21 Ios 15,53 | 22 Ios 15,54 | 23 Ios 15,60 | 24 Ios 16,2 | 25 Ios 16,5 | 27 Ios 16,5 | 28 Ios 17,10 | 31 Ios 18,13

Anathoth ciuitas sortis Beniamin sacerdotibus separata in tertio ab Aelia miliario, de qua et Ieremias propheta fnit.

Addar ciuitas sortis Beniamin.

Aelmon cinitas tribns Beniamin, sacerdotibus separata.

Ameccasis, id est uallis Casis, in tribu Beniamin.

Auim iu tribu Beniamin.

Afra in tribu Beniamin. et est hodie uicus Efrem in quiuto miliario Bethelis ad orientem respiciens.

Amoeniam in tribu Beniamin.

Afni in tribu Beniamin.

Arim in tribu Beuiamiu. est et uilla iuxta Diospolim, quae usque hodie adpellatur Bethariph.

Amsa in tribu Beniamin.

Asar in tribn Symeonis.

Ason in tribu Symeonis.

Amarchabob in tribn Symeonis.

Ain iu tribu Iudae siue Symeonis, ciuitas sacerdotibus separata.

Asenna in tribu Symeonis.

Amatthar in tribu Zabulon.

Anua iu tribu Zabulon. est et alia uilla Anua euntibus de Neapoli Aeliam in decimo miliario.

Aunathon in tribu Zabulon.

Achaseluth ciuitas tribus Issachar. adpellatur antem et quidam uicus Chasalus iuxta montem Thabor in campestribus in octauo miliario Diocaesareae ad orientem respiciens, sicut supra diximus.

Afraim ciuitas tribus Issachar. est hodieque uilla Afarea nomine in sexto miliario Legionis contra septemtrionem.

Anerith in sorte tribus Issachar.

Aemes in sorte tribus Issachar.

Achsaph in tribu Aser.

1 Ios 21,18 | 2 Ier 1,1 | 3 Ios 18,13 | 4 Ios 21,18 | 5 Ios 18,21 | 6 Ios 18,23 | 7 Ios 18,23 | 9 Ios 18,24 | 10 Ios 18,24 | 11 Ios 18,28 | 13 Ios 18,26 | 14 Ios 19,3 | 15 Ios 19,3 | 16 Ios 19,5 | 17 Ios 19,7 | 17 Ios 21,16 | 19 Ios 19,7 | 20 Ios 19,13 | 21 Ios 19,13 | 23 Ios 19,14 | 24 Ios 19,18 | 27 =91,4 | 28 Ios 19,19 | 30 Ios 19,19 | 31 Ios 19,20 | 32 Ios 19,25

Amath in tribu Aser.

Alimedech sortis Aser.

Abdon iu tribu Aser ciuitas separata Leuitis.

Anihel in tribu Aser. est quaedam uilla nomine Bethoaeuea in quiuto decimo lapide a Caesarea sita in monte contra orientalem plagam, in qua et lauacra dicuntur esse salubria.

Achran in tribu Aser.

Amou in tribu Aser.

Accho quae nunc Ptolomais adpellatur, sortis Aser, de qua habitatores pristinos uequiuit expellere.

Achzif in tribu Aser, iu qua alienigenae permanserunt. haec est Ecdippa in nouo miliario Ptolomaidis pergentibus Tyrum.

Amma sortis Aser.

Afec sortis Aser, in qua habitatores pristini permanserunt.

Addamme in tribu Neptali.

Asseddim in tribu Neptali.

Amath in tribu Neptali.

Adami in tribu Neptali.

Asor in tribu Neptali, quam rex Assyriorum populasse scribitur.

Azanoth terminus Neptali. est autem et nunc uicus ad regionem Diocaesareae pertinens iu campestribus.

Aialou urbs sortis Dan, separata Leuitis. est et hodie uicus Alus haut procul a Nicopoli. sciendumque quod pro Aialou septuaginta interpretes ediderunt *ubi erant ursi*.

De libro iudicum.

Arath ciuitas iu qua habitauerunt filii Obab soceri Mosis iu medio Israhelis.

Ared fons apud quem Gedeou castra metatus est.

Arisoth ciuitas Sisarae priuceps Iabis. est autem Iabis

1 Ios 19,26 | 2 Ios 19,26 | 3 Ios 19,28 | 3 Ios 21,30 | 4 Ios 19,27 | 8 Ios 19,28 | 9 Ios 19,28 | 10 Ios 19,28? | 10 Iud 1,31 | 12 Ios 19,29 | 15 Ios 19,30 | 16 Ios 19,30 | 16 Iud 1,31 | 17 Ios 19,33 | 18 Ios 19,35 | 19 Ios 19,35 | 20 Ios 19,33 | 21 Ios 19,36 | 23 Ios 19,34 | 25 Ios 19,43 | 25 Ios 21,24 | 27 Iud 1,35 | 29 Iud 1,16 | 31 Iud 7,1 | 32 Iud 4,2

traus Iordauem uunc uilla praegrandis, a ciuitate Pella sex milibus distans pergeutibus Gerasam.

Ares. adscensus Ares, pro quo Aqnila iuterpretatur *saltuum*, Symmachus *montium*.

Aruir ubi dimicauit Iepte. est hodieque uilla iu monte sita, uigesimo ab Aelia lapide ad septemtrionem.

Arima nbi scriptura refert sedisse Abimelech.

Aialin ciuitas iu terra Zabulou de qua fuit et ille Aialon, qui iudicauit populum Israhel.

Abel uiuearum ubi dimicauit Iepte, iu terra filiorum Ammou. nam et usque iu praeseutem diem in septimo lapide Filadelfiae uilla Abela cernitur uiuetis cousita. alia quoque est ciuitas uomine Abela uini fertilis iu duodecimo a Gadaris miliario contra orieutalem plagam. uec uou et tertia in Foenice Abela, iuter Damascum et Paneadem.

De libris regum.

Armathem Sophim ciuitas Helcanae et Samuhelis in regione thamuitica iuxta Diospolim. uude fuit Ioseph, qui in euaugeliis de Arimathia scribitur.

Abeuezer, quod iuterpretatur lapis adiutorii siue lapis auxiliator. est autem locus uude tulerunt Philistiim arcam testamenti, iuter Aeliam et Ascalonem iuxta uillam Bethsamis.

Afesdommim ubi dimicauit Saul, pro quo Aquila iuterpretatus est *in finibus Dommim*.

Annegeb, pro quo Aquila austrum, Symmachus meridiem transtulerunt.

Arith ubi sedit Dauid. est uilla Arath uomine ad occideutem Aeliae.

Ahialim, pro quo Aquila transtulit *ceruorum*. Theodotion *lapides ceruorum*.

Aeudor, quae est iu Iezrahel, nbi filii Israhel se ad praelium praeparautes castra posuerunt. et est hodieque grandis

3 Iud 8,13 | 5 Iud 11,33 | 7 Iud 9,41 | 8 Iud 12,12 | 8 Iud 12,11 | 10 Iud 11,33 | 17 Reg I 1,1 | 18 Mth 27,51 | 19 Mc 15,43 Lc 23,51 Ioh 19,38 | 20 Reg I 4,1 | 23 Reg I 17,1 | 25 Reg I 20,41 | 27 Reg I 22,5 | 29 Reg I 24,3 | 31 Reg I 28,7

uicus Aendor, iuxta montem Thabor ad meridiem in quarto miliario.

Afec iuxta Aendor Iezrahelis, ubi dimicauit Saul.

Arma ad quem locum spoliorum partem misit Dauid.

Athach. ad huuc quoque locum Dauid praedae partem misit.

Amma in desertum euntibus Gabaon.

Aethon Adasai, pro quo Symmachus interpretatus est inferiorem niam.

Area Ornae, haec est Ierusalem.

Assure ciuitas Iudae, qnam aedificauit Salomon.

Abelmaula urbs unius ex principibus Salomonis, nude fuit et Elissaens propheta. est autem nunc uicus in Aulone, de quo supra diximus, in decimo a Scythopoli miliario contra australem plagam nomine Bethaula. sed et Abelmea uillula nuncupatnr inter Neapolim et Scythopolim.

Auoth Iair ciuitas unius de ducibus Salomonis.

Ahilath super littus maris rubri in terra Edom, de qna et supra dictum est.

Aheloth quam struxit Azarias.

Aenda. huius expugnator atque subuersor Asa rex fuit.

Asiongaber. in hoc loco classis Iosaphat ui tempestatis adtrita est. fertur autem ipsa esse Essia haut procul ab Ahilath in rubro mari.

Alle Abor Gozan nomina fluminum in terra Medorum, ad quorum montes captiuus ductus est Israhel.

Abana fluuius Damasci.

Aopsithe sine Aphusoth, quod Aqnila in libertatem uertit.

Ahian quam expugnauit rex Assyriorum.

Ahia in Assyriornm regioue locns.

Ameth regio Assyriorum.

3 Reg I 29,1 | 4 Reg I 30,30 | 5 Reg I 30,30 | 6 Reg II 2,24 | 7 Reg II 24,6 | 9 Reg II 24,16 | 10 Reg III 9,15 | 11 Reg III 4,12 | 12 Reg III 19,16 | 13 = 88,10 | 16 Reg III 4,13 | 17 Reg III 9,26 | 18 = 84,25 | 19 Reg IV 14,22 | 20 Reg III 15,20 | 21 Reg III 22,49 | 24 Reg IV 17,6 | 26 Reg IV 5,12 | 27 Reg IV 15,5 | 28 Reg IV 15,29 | 29 Reg IV 17,24 | 30 Reg IV 17,24

Asima oppidum in terra Iudaeae, quod aedificauerunt hi, qui ad eam uenerant de Emath.

Arcem. Iosephus refert hanc esse Petram urbem nobilem Palaestinae.

Adramelech idolum Assyriorum, quod et Samaritae uenerati sunt.

De Isaia.

Arnonim iuxta Isaiam uiae nomen in uisione contra Moab, pro quo Aquila Oronaim posuit, Symmachus Oranim.

Agallim. et huius meminit Isaias in uisione contra Moab. est autem nunc Agallim uicus ad australem partem Areopoleos, distans ab ea milibus octo.

Aelim putens Dimon. et huius loci in eadem uisione Isaias recordatur.

Arihel. huius quoque Isaias meminit, quam Aquila et Symmachus interpretati sunt leonem dei. hanc putant esse quidam Areopolim, eo quod ibi nunc usque Arihel idolum colant, uocatum **ἀπὸ τοῦ Ἄρεως**, id est a Marte, unde et ciuitatem dictam suspicantur. mihi autem uidetur iuxta consequentiam textumque prophetiae Arihel ibi allegorice Ierusalem sine templum significare, hoc est leonem dei, quod forte regnum fuerit et potens. de hoc in libris hebraicarum quaestionum plenius diximus.

Adama in Isaia, pro qua Aquila et Symmachus *humus* et Theodotion *terra* interpretantur.

Ager fullonis. et hoc in Isaia scriptum est. ostenditur autem et nunc usque locus in suburbanis Ierusalem.

Asedech. et hanc Isaias propheta futuram in Aegypto uaticinatur. sciendum autem quod in hebraeo pro hoc nomine scriptum sit Ahares, quod a siccitate quidam interpretantur solem, et alii in testam transferunt, uolentes uel Heliopolim significari uel Ostracinen. sed et huius rei disputationem, quia longior est, in libris hebraicarum quaestionum reperies.

1 Reg IV 17,30 | 3 Reg IV 17,30 | 3 Ioseph arch IV 4,7 7,1 | 5 Reg IV 17,31 | 8 Isa 15,5 | 10 Isa 15,8 | 13 Isa 15,8 | 15 Isa 29,1 | 22 Hieronym hebr quaest | 24 Isa 6,11 | 26 Isa 7,3 | 28 Isa 19,18 | 33 Hieron hebr quaest

1 Arfath urbs Damasci, quam expugnauit rex Assyriorum, sicut in Isaia et Ieremia et regnorum libris scribitur.

Aneugaua. et huius Isaias meminit, quam Aquila transtulit *Ane et Gaua*, scilicet V syllabam, quae in medio nominis posita est, in coniunctionem „et" interpretatus, Symmachus uero *sollicitauit et humiliauit.* legimus super hoc et in regnorum libris.

Armenia in Isaia, quae est Ararat.

Asahel. huius meminit Zacharias propheta.

Ananehel turris Ierusalem, sicut in Zachariae libro scriptum est.

Assaremoth in Ieremia. pro quo in hebraeo scriptum est sademoth, quod Aquila interpretatur suburbana.

Alaoth in Ieremia. pro quo in hebraico legitur Luith.

Aenioth in Ieremia. quod Aquila uertit in officinas uel tabernas.

Aethan in Ieremia. quam Aquila ualidam, Symmachus interpretatur antiquam.

De euangeliis.

Acheldemach ager sanguinis. qui hodieque monstratur in Aelia ad australem plagam montis Sion.

Aenon iuxta Salim, ubi baptizabat Iohannes, sicut in euangelio cata Ioannen scriptum est. et ostenditur nunc usque locus in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim et Iordanem.

De Genesi.

Babel, quae et Babylon, interpretatur confusio. erat autem ciuitas regni Nembroth, in qua eorum qui aedificauerunt turrim linguae diuisae sunt, quorum principem Iosephus Nembroth fuisse adfirmat. testem quoque eius historiae Sibyllam graecam exhibens. *locus* inquit, *in quo turrim aedificauerunt, nunc adpellatur Babylon propter confusionem sermonis eorum qui altissimam turrim omni studio*

1 Isa 36,19 | 2 Ier 49,23 | 2 IReg IV 18,34 | 3 Isa 37,13 | 6 Reg IV 18,34 | 8 Isa 37,38 | 9 Zach 14,5 | 10 Zach 14,10 | 12 Ier 31,40 | 14 Ier 48,5 | 15 Ier 37,16 | 17 Ier 49,19 | 20 Mth 27,8 | 22 Ioh 3,23 | 27 Gen 11,9 | 29 Ioseph arch I 4,3

fabricabant: siquidem Hebraei confusionem babel uocant. de hac turri et diuersitate linguarum scribit et Sibylla in hunc modum „cum omnes mortales una lingua uterentur, quidam ex his altissimam aedificauere turrim, coelum per eam cupientes scandere: dei uero turbines uentosque emittentes euertere turrim et propriam atque diuersam tribuere unicuique linguam, unde urbem quoque adpellari contigit Babylonem".

Bethel uicus in duodecimo ab Aelia lapide ad dexteram euntibus Neapolim, quae primum Luza, id est amygdalon, uocabatur et cecidit in sortem tribus Beniamin, iuxta Bethauu et Gai, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. porro quod quidam putant secundum errorem graecorum uoluminum Ulammaus antiquitus nuncupatam, uehementer errant. uerbum quippe hebraeum et nomen ipsius ciuitatulae pariter miscuerunt, cum ulam significet prius, id est πρότερον, luza uero amygdalon, et sit sensus: uocabatur autem Bethel prius Luza. nec non et hoc quod Bethauu aliud oppidum suspicantur, Hebraei putant eandem esse Bethel, sed ex eo tempore quo ibi ab Ieroboam filio Nabat uituli aurei fabricati sunt et a decem tribubus adorati, uocatam esse Bethauu, id est domum idoli, quae ante uocabatur domus dei. sed et super hoc in libris hebraicarum quaestionum plenius diximus.

Bala, quae est Segor. nunc Zoara nuncupatur, sola de quinque Sodomorum urbibus Lot precibus reseruata. inminet autem mari mortuo et praesidium in ea positum est militum romanorum. habitatoribus quoque propriis frequentatur. et apud eam gignitur balsamum et poma palmarum, antiquae ubertatis indicia. nullum autem moueat quod Segor eadem Zoara dicitur, cum idem nomen sit paruulae uel minoris, sed Segor hebraice, Zoara syriace nuncupatur. Bala autem interpretatur absorpta: super quo in libris hebraicarum quaestionum plenius diximus.

8 Gen 12,8 | 10 Ios 18,22 | 10 Ios 7,2 | 11 Ios 12,16 | 13 Gen 28,19 | 19 Reg III 12,29 | 22 Hieronym hebr quaest. cf eiusdem quaestiones in Genesin 43,29 | 23 Gen 14,2 | 31 Hieronym hebr quaest. cf eiusdem quaestiones in Genesin 22,4

Balanus (id est quercus) luctus sub qua Rebeccae nutrix sepulta est.

Barad. inter Cades et Barad hodieque Agar puteus demonstratur.

Bethlem ciuitas Dauid in sorte tribus Iudae, in qua dominus noster atque saluator natus est, in sexto ab Aelia miliario contra meridianam plagam iuxta uiam quae ducit Chebron, ubi et sepulcrum Iesse et Dauid ostenditur. et mille circiter passibus procul turris Ader, quae interpretatur turris gregis, quodam naticinio pastores dominicae natiuitatis conscios ante significans. sed et propter eandem Bethleem regis quondam Iudaeae Archelai tumulus ostenditur, quis emitae ad cellulas nostras e uia publica deuertentis principium est. uocabatur autem Bethleem et filius Efrathae, id est Mariae, ut in Paralipomenon uolumine plenius dicitur. lege diligenter historiam.

De Exodo.

Beelsefon. in deserto castra filiorum Israhel iuxta mare rubrum egredientibus Aegyptum.

De Numeris et Deuteronomio.

Baneiacan in deserto castra itineris filiorum Israhel.

Bamoth. ciuitas Amorraeorum trans Iordanen in Arnone, quam possederunt filii Ruben.

Basan, super qua scribitur *et Og regem Basan*. hanc autem Machathi cognominauit Anoth Iair, hoc est *ἐπαύλεις Ἰαείρ*. ceciditque in sortem dimidiae tribus Manasse in terra Galaad: haec est Basanitis, quae nunc Batanaea dicitur.

Beelfegor, quod interpretatur simulacrum ignominiae. est autem idolum Moab cognomento Baal super montem Fogor, quem Latini Priapum uocant. et de hoc in libris hebraicarum quaestionum plenius dictum est.

Baean ciuitas Amorraeorum, quae et ipsa a filiis Ruben tenta est.

1 Gen 35,8 | 3 Gen 16,14 | 5 Gen 35,19 | 9 Gen 35,21 | 15 Par I 2,19 4,4 | 18 Ex 14,2 | 21 Num 33,31 | 22 Num 21,19 | 24 Num 21,33 | 24 Ps 135,11 | 25 Dt 3,14 | 28 Num 25,3 | 30 Hieron hebr quaest | 32 Num 32,3

Bethamnaram trans Iordauen, quam aedificanit tribus Gad. est hodieqne uilla Bethamnaris in quinto a Libiade miliario coutra Aqnilonem.

Betharau traus Iordaneu, quam aedificauit tribus Gad.

Beclmeou traus Iordaneu, quam aedificauerunt filii Ruben. est autem nicus usque nunc grandis iuxta Baaru in Arabia, ubi aquas calidas sponte humus effert, cognomento Beelmaus, distans ab Esbus milibus nouem, unde et Elissaeus propheta fuit.

Baal traus Iordanen urbs filiorum Ruben.

Butham castra filiorum Israhel in deserto, quae et Aetham nuncupatur.

Bela terminus Iudae ad orientem respiciens, de quo et supra sub nomine Arbela diximus.

Bosor in deserto trans Iordanen, qnae cecidit in sortem tribus Ruben, ad orientalem plagam Hierichus, ciuitas sacerdotalis et fugitiuorum. haec est Bostra metropolis Arabiae. adpellatur autem et alia Bosor ciuitas Esau in montibus Idumaeae, cuius Isaias recordatur dicens *quis est iste qui uenit de Edom? fuluida uestimenta eius ex Bosor.*

Beroth filiorum Iacim. locus in deserto, in quo obiit Aaron. et ostenditur usque hodie in decimo lapide urbis Petrae iu montis uertice.

De libro Iesu Nane.

Bunos (hoc est collis) praeputiorum. locus in Galgalis ubi circumcidit Iesus populum Israhel in secundo ab Hiericho lapide. et ostenduntur usque hodie saxa quae de Iordane illuc translata scriptura conmemorat.

Bethorou ad quam usque inimicos persecutus est reges Iesus, quae cecidit in sortem filiorum Ioseph, id est Efraim. sunt autem duo uici in duodecimo ferme ab Aelia lapide Nicopoliu pergentibus, e quibus propter situm unus dicitur

1 Num 32,36 | 4 Num 32,36 | 5 Num 32,38 | 8 Reg III 19,16 | 10 Num 32,38 | 11 Num 33,6 | 11 Ex 13,20 | 13 Num 34,11 | 14 = 88,6 | 15 Dt 4,43 | 16 Ios 20,8 | 17 Ios 21,35 mas | 19 Isa 63,1 | 21 Dt 10,6 | 25 Ios 5,3 | 28 Ios 4,3 | 29 Ios 10,10 | 30 Ios 16,5

Bethorou superior, quem aedificauit Salomon, et alius Bethoron inferior, datus Leuitis in possessionem.

Barne. haec ipsa est quae et Cadesbarne, in deserto quod exteuditur usque ad urbem Petram.

Baalgad ciuitas in campestribus Libani ad radicem montis Aermon, quam et ipsam cepit Iesus.

Bethfogor urbs filiorum Ruben trans Iordanem iuxta montem Fogor contra Hiericho sex milibus supra Libiadem.

Bethsimuth, hoc est domus siue locus Isimuth. est autem usque hodie uicus Isimuth contra Hiericho decem ab ea milibus distans in meridiana plaga iuxta mare mortuum.

Beeroth sub colle Gabaon. ostenditur hodieque uilla ab Aelia pergentibus Neapolim iu septimo lapide.

Bothnin trans Iordauen ciuitas tribus Gad, quae usque hodie similiter adpellatur.

Betharam ciuitas tribus Gad iuxta Iordauem, quae a Syris dicitur Bethramtha et ab Herode iu honorem Augusti Libias cognominata est.

Bethnemra urbs tribus Gad iuxta Libiadem trans Iordanen.

Bethagla tribus Iuda. est autem uicus euntibus Gazam de Eleutheropoli in decimo lapide qui Agla adpellatur. et alia uilla Bethagla maritima in octauo a Gaza miliario.

Betharaba in tribu Iuda.

Baal. haec est Cariath Iarim, id est uilla siluarum siue (ut quidam putant) ciuitas Iarib in tribu Iuda. et est usque hodie uicus descendentibus ab Aelia Diospolim Cariathiarim in decimo miliario.

Bala in tribu Iuda.

Baloth in tribu Iuda.

Bethfali in tribu Iuda.

Bersabee in tribu Iuda siue Symeonis. est usque hodie uicus grandis in uigesimo a Chebron miliario uergens ad austrum, in quo et romanorum militum praesidium positum est.

1 Reg III 9,17 | 2 Ios 21,22 | 3 Ios 10,41 | 5 Ios 11,17 | 7 Ios 13,20 | 9 Ios 12,3 | 12 Ios 9,17 | 14 Ios 13,26 | 16 Ios 13,27 | 19 Ios 13,27 | 21 Ios 15,6 | 24 Ios 15,6 | 25 Ios 15,9 | 26 Ios 16,60 | 29 Ios 19,3 | 30 Ios 15,24 | 31 Ios 15,27 | 32 Ios 15,28

a quo loco termini Iudaeae terrae incipientes tendebantur usque ad Dan, quae iuxta Paneadem cernitur. interpretatur uero Bersabee puteus iuramenti eo, quod ibi Abraham et Isaac foedus cum Abimelech sociauere iurantes. nec mouere debet quempiam, si interdum ciuitates Iudae easdem in tribu Symeonis siue Beniamin repperiat. tribus enim Iuda bellicosissimis uiris pollens et crebros aduersarios superans in omnibus tribubus tenuit principatum et idcirco etiam aliarum tribuum sortes in eius interdum funiculo nuncupantur. alioquin in medio tribus Iudae habitasse Symeonem scriptura manifestissime docet.

Balam in tribu Iuda.

Bascath in tribu Iuda.

Bethdagon in tribu Iuda. sed et usque hodie grandis uicus Caferdago inter Diospolim et Iamniam demonstratur.

Bethaloth in tribu Iuda.

Bethafu in tribu Iuda uicus trans Raphaim milibus quattuordecim euntibus Aegyptum, qui est terminus Palaestinae.

Betharaba, pro qua Symmachus transtulit *in locis quae iuxta inhabitabilem sunt*, significans heremum.

Beesthara in tribu Manasse separata Leuitis in regione Basanitidis.

Baliloth in tribu Beniamin.

Bethaun in tribu Beniamin iuxta Gai et Bethel contra Machmas, licet plerique, ut supra dictum est, eandem putent esse Bethel.

Bethsur in tribu Iuda siue Beniamin. et est hodie Bethsoro uicus euntibus nobis ab Aelia Chebron in uicesimo lapide, iuxta quem fons ad radices montis ebulliens ab eadem qua gignitur sorbetur humo. et apostolorum acta referunt eunuchum Candacis reginae in hoc esse a Philippo baptizatum. est et alia uilla Bethsur in tribu Iuda mille passibus distans ab Eleutheropoli.

Boon in tribu Beuiamin.

3 Gen 21,31 | 4 Gen 26,33 | 10 Ios 19,1 | 12 Ios 15,29 | 13 Ios 15,39 | 14 Ios 19,27 | 16 Ios 19,38 | 17 Ios 15,53 | 19 Ios 15,61 | 21 Ios 21,27 | 23 Ios 8,17? | 24 Ios 18,12 | 25 = 100,18 | 27 Ios 15,58 | 31 Act 8,38 | 34 Ios 18,17

Bethalon in tribu Beniamin, pro qua Symmachus interpretatur *in campestribus*.

Bethula in tribu Beniamin.

Beroth in tribu Beniamin.

Bola in tribu Symeonis.

Bathal in tribu Symeonis.

Beth in tribu Symeonis.

Baaleth in tribu Symeonis.

Beramoth in tribu Symeonis.

Bethlabaoth in tribu Symeonis.

Bethleem in tribu Zabulon, ad cuius distinctionem altera Bethleem adpellatur Iudae.

Bethfases in tribu Issachar.

Batne in tribu Aser. et nunc adpellatur uicus Bethbeten in octauo miliario Ptolomaidis contra orientem.

Bethdagon locus in quo duae tribus Zabulon et Issachar habent confinia.

Bethemec, quod interpretatur Symmachus locum uallis. est autem sortis Aser.

Bethana in tribu Neptalim. et est uilla nomine Bathanaea in quinto decimo a Caesarea lapide, in qua dicuntur semper lauacra esse salubria, quam et supra sub nomine Aueae posuimus.

Baue in tribu Dan.

Barac in tribu Dan. usque hodie prope Azotum Bareca uiculus adpellatur.

De libro iudicum.

Bezec urbs regis Adonibezec. et hodieque uillae duae sunt nomine Bezec uicinae sibi in septimo decimo lapide a Neapoli descendentibus Scythopolim.

Bethsan. ex hoc oppido tribus Manasse adcolas pristinos non potuit expellere. et nunc Scythopolis adpellatur urbs nobilis Palaestinae, quam interdum scriptura cogno-

1 Ios 18,18? | 3 Ios 18,21 | 4 Ios 18,25 | 5 Ios 19,3 | 6 Ios 19,4 | 7 Ios 19,5 | 8 Ios 19,8 | 9 Ios 19,8 | 10 Ios 19,6 | 11 Ios 19,15 | 13 Ios 19,21 | 14 Ios 19,25 | 16 Ios 19,27 | 18 Ios 19,27 | 20 Ios 19,38 | 22 = 93,13 | 24 Ios 19,45 | 25 Ios 19,45 | 28 Iud 1,4 | 31 Iud 1,27

minat domum San, quod in nostra lingua interpretatur inimicus.

Bethsames ciuitas sacerdotalis in tribu Beniamin, quae usque hodie demonstratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim in decimo miliario contra orientalem plagam.

Bethnath in sorte tribus Neptalim. sed nec de hac pristinos adcolas tribus Neptalim ualuit expellere.

Bethsames altera in tribu Neptalim, in qua et ipsa cultores pristini permansere.

Baal Aermon mons circa Libanum in finibus allophylorum.

Baaleth in tribu Dan.

Bethbera, quod interpretatur domus aquae siue putei, quam in expeditione bellandi occupauit Gedeon.

Bethasetta ubi terga uertit Madian.

Balanus (id est quercus) Sicimorum, ubi regnauit Abimelech. quae usque hodie ostenditur in suburbano rure Neapoleos propter sepulcrum Ioseph.

Borconni, quod Aquila in spinas, Symmachus uertit in tribulos.

Bera, ubi cum Abimelech Ioathan fugisset, habitauit. distat autem uicus Bera ab Eleutheropoli octo milibus ad aquilonem.

Baalthamar iuxta Gabaa, ubi filii Israhel aduersus tribum Beniamin iniere certamen. et usque hodie Bethamari in supra dictis locis uiculus adpellatur.

De regnorum libris.

Bethcar. usque ad hunc locum populus Israhel fugientes alienigenas persecutus est, adpellans eum lapidem adiutorii.

Bama, ubi Saul ungendus in regem cum Samuhel cibum sumpsit. porro Bama Aquila semper *excelsum* transtulit.

Boses nomen petrae, super qua in libris hebraicarum quaestionum diximus.

3 Iud 1,33 | 6 Iud 1,33 | 8 Iud 1,33 | 10 Iud 3,3 | 11 Ios 19,44 | 12 Iud 7,24 | 14 Iud 7,22 | 15 Iud 9,6 | 18 Iud 8,16 | 20 Iud 9,21 | 23 Iud 20,33 | 27 Reg I 7,11 | 28 Reg I 7,12 | 30 Reg I 9,12 | 32 Reg I 14,4 | 32 Hieronym hebr quaest

Besor torreus ad quem ueuit Dauid.

Borasan ad qnem locnm Dauid praedae partem misit.

Baurim locus ad quem usque prosecutus est Michol filiam Saulis uir suus lacrimaus.

Baalasor iuxta Efraim, ubi Abessalom pecora tondebautur.

Bethmacha. usque ad hanc persecutus est Ioab perduellem Sabee, et postea eam legimus ab Assyriornm rege captam. est autem adsceudentibus de Eleutheropoli Aeliam in octauo lapide uunc uilla quae Mechamim dicitur.

Ballath urbs qnam aedificanit Salomou.

Bethsalisa uude uenit homo cum mnneribus ad Elissaenm prophetam. est autem uilla iu finibus Diospoleos quiudecim ferme ab ea milibus distans coutra septemtriouem in regione thamuitica.

Bethagan uia per quam Ochoziam fngisse legimns.

Bazechath urbs autiqua Iudaeae.

Bethacath uicus Samariae, ad quem uenit Iehu rex Israhel, qui iu latissimo campo situs non amplius quiudecim milibus a Legionis oppido separatur. pro qno Aqnila interpretatus est domum curuautium, Symmachus domum siugulorum eo quod augustus et hnmilis iutroitus singulos tantum et nec ipsos stantes iugredi sustiueret.

Beuith quam coustruxerunt Samaritaui, qni de Babylouis regioue transierant.

Byblos ciuitas Foeuices, cuius meminit Ezechiel, pro qua in hebraeo continetur Gobel.

Bubastus ciuitas Aegypti iuxta Ezechiel.

Boz iu terra Cedar, sicut scribit Ieremias.

Bel idolum babylouinm.

De euangeliis.

Bethsaida ciuitas iu Galilaea, Audreae et Petri et Filippi apostolorum, prope staguum Geuesareth.

1 Reg I 30,9 | 2 Reg I 30,30 | 3 Reg II 3,16 | 5 Reg II 13,23 | 6 Reg II 20,14 | 10 Reg III 9,18 | 11 Reg IV 4,42 | 15 Reg IV 9,27 | 16 Reg IV 22,1 | 17 Reg IV 10,12 | 23 Reg IV 17,30 | 25 Ez 27,9 | 27 Ez 30,17 | 28 Ier 25,23 | 29 Ier 50,2 | 31 Mth 11,21

Bethfage uillula in monte olineti, ad quam uenit dominus Iesus.

Bethania uilla in secundo ab Aelia miliario in latere montis olineti, ubi saluator Lazarum suscitauit, cuius et monumentum ecclesia nunc ibidem extructa demonstrat.

Bethabara trans Iordanen, ubi Iohannes in poenitentiam baptizabat, unde et usque hodie plurimi de fratribus, hoc est de numero credentium, ibi renasci cupientes uitali gurgite baptizantur.

Bethsaida piscina in Ierusalem quae uocabatur προβατικὴ et a nobis interpretari potest pecualis. haec quinque quondam porticus habuit ostenduntur que gemini lacus, quorum unus hibernis pluuiis adimpleri solet, alter mirum in modum rubens quasi cruentis aquis antiqui operis in se signa testatur. nam hostias in eo lauari a sacerdotibus solitas ferunt, unde et nomen acceperit.

De pentateucho.

Carnaim Astaroth. Carnaim nunc uicus est grandis in angulo Batanaeae et adpellatur Carnaea trans fluenta Iordanis traduntque ibi fuisse domum Iob. sed et supra meminimus Carnaeae uiculi in nono ab Aelia miliario.

Cades, ubi fons iudicii est, et Cades Barne in deserto, quae coniungitur ciuitati Petrae in Arabia. ibi occubuit Maria, et Moyses rupe percussa aquam sitienti populo dedit. monstratur ibidem usque in praesentem diem sepulcrum Mariae. sed et principes Amalec ibi a Chodorlagomor caesi sunt.

Cene regio principum Idumaeorum.

Cariathaim ciuitas, quam extruxerunt filii Ruben. nunc autem est uicus christianis omnibus florens iuxta Medabam urbem Arabiae et adpellatur Coraitha in decimo miliario supra dictae urbis contra occidentalem plagam, uicinus eius loci, qui adpellatur Bare.

Cariatharbe, id est uillula quattuor, quae et Chebron: de qua iam supra dictum est.

1 Mth 21,1 | 3 Mth 21,17 | 4 Ioh 11,1 | 6 Ioh 1,28 | 9 Ioh 5,2 | 17 Gen 14,5 | 19 = ? | 21 Gen 14,7 | 23 Num 20,1 | 23 Num 27,14 | 25 Gen 14,7 | 26 Gen 36,11 | 27 Gen 14,5 | 27 Num 32,37 | 32 Gen 23,2 | 33 = 84,10

Canath uicus Arabiae, qui nunc Cauatha dicitur, quem cum cepisset Nabau, adpellauit Nabothliam. fuit autem in tribu Manasse in regione Trachonitide iuxta Bostram.

Cata Chrysea, id est ad aurea, sunt autem montes auri fertiles in deserto procul undecim mansionibus a Choreb, iuxta quos Moyses deuteronomium scripsisse perhibetur. sed et metallo aeris Foeno, quod nostro tempore conruit, montes uenarum auri plenos olim fuisse uicinos aestimant.

Cademoth desertum, ex quo loco misit legatos Moyses ad Seon regem Amorraeorum.

Cariath uicus, qui sub Gaba metropoli fuit.

Cedes ciuitas, quam cepit Iesus, rege illius interfecto. est autem in sorte tribus Iudae.

Cademoth altera, ciuitas filiorum Rubeu.

Cedson in tribu Rubeu, urbs separata Leuitis.

De Iesu Naue.

Capseel in tribu Iuda.

Cina in tribu Iuda.

Ceila in tribu Iuda, ubi quondam sedit Dauid. et nunc est uilla Cela ad orientalem plagam Eleutheropoleos pergentibus Chebron quasi in octauo miliario, in qua sepulcrum monstratur prophetae Abbacuc.

Cariathbaal ciuitas Iarim in tribu Iuda.

Caua in tribu Efraim.

Campsaim in tribu Efraim.

Cane in tribu Manasse.

Cariathiarim, quae et Cariathbaal, ciuitas saltuum, una de urbibus Gabaonitarum pertinens ad tribum Iudae euntibus ab Aelia Diospolim in miliario nono. de hac fuit Urias propheta, quem interfecit Ioachim in Ierusalem, sicut Ieremias scribit. sed et in Paralipomenon libro filius Sobal adpellatur Cariathiarim.

Cision in tribu Issachar, ciuitas separata Leuitis.

1 Num 32,42 | 4 Dt 1,1 | 7 Num 33,42 | 9 Dt 2,26 | 11 Ios 18,28 | 12 Ios 12,22 | 13 Ios 15,23 | 14 Ios 13,18 | 15 Ios 21,28 | 15 Par I 6,57 | 17 Ios 15,21 | 18 Ios 15,22 | 19 Ios 15,44 | 23 Ios 15,60 | 24 Ios 16,8 | 25 Ios 21,22 | 26 Ios 17,9 | 27 Ios 18,14 | 30 Ier 26,20 | 31 Par I 2,50 | 33 Ios 19,20 | 33 Ios 21,28

Cartha in tribu Zabulon, separata Leuitis.

Catta in tribu Zabulon, ciuitas separata Leuitis.

Caua usque ad Sidouem maiorem (est quippe et altera minor, ad cuius distinctionem maior haec dicitur). fuit autem Caua in tribu Aser, ubi dominus noster atque saluator aquas uertit in uinum, unde et Nathanahel uerus Israhelita saluatoris testimonio conprobatur. et est hodie oppidum in Galilaea gentium.

Cedes sortis Neptalim, ciuitas sacerdotalis et fugitiuorum in Galilaea super montem Neptalim. sed et hanc cepit rex Assyriorum, quae nunc Cidissus adpellatur, in uicesimo Tyri miliario iuxta Paneadem.

Cartham in tribu Neptalim, ciuitas separata Leuitis.

De libro iudicum.

Cetron in tribu Zabulon, in qua pristini permansere cultores.

Carcar, ubi erant Zebee et Salmana, quos interfecit Gedeon. et est usque hodie castellum coguomento Carcaria, unius diei itinere ab urbe Petra distans.

Camon ciuitas Iair, in qua et sepultus est Iair, cum primum iudicasset populum Israhel. adpellatur autem hodieque uicus Cimona in campo latissimo sex milibus a Legione ad septemtrionalem plagam pergentibus Ptolomaidem.

Cison torrens iuxta montem Thabor, ubi contra Sisaram dimicatum est.

Cademi torrens, iuxta quem Debbora bellum gessit.

Coelas Titanorum, id est uallis gigantum, aduersus quos praeliatus est Dauid.

Clauthmon, id est fletuum locus, a planctu nomen accipiens.

De regnorum libris.

Ceui regio Philistinorum.

Carmelus, ubi Nabal quondam carmelius fuit et nunc uilla est Carmela nomine, in decimo lapide oppidi Chebron,

1 Ios 21,34 | 2 Ios 19,15 | 3 Ios 19,28 | 5 Ioh 2,1 | 6 Ioh 21,2 | 6 Ioh 1,48 | 8 Ios 19,37 | 8 Ios 21,32 | 9 Reg IV 15,29 | 12 Ios 21,32 | 14 Iud 1,30 | 15 Iud 8,10 | 18 Iud 10,5 | 22 Iud 4,7 | 24 Iud 5,21 | 25 Ios 15,8 | 26 Reg II 5,18 22 | 27 Iud 2,1 | 30 Reg I 27,10 | 31 Reg I 25,2

uergens ad orientalem plagam, ubi et romanum praesidium est positum.

Cedron. adpellatur torrens siue uallis Cedron iuxta Ierusalem ad orientalem plagam, cuius et Iohannes euangelista meminit.

Cyrene in finibus Aegypti, ad quem locum rex Assyriorum transtulit Damascenos.

Coa, quae est iuxta Aegyptum.

Carchedon, id est Carthago, cuius Isaias et Ezechiel in uisione Tyri recordantur, pro qua in hebraico Tharsis scriptum est. sed et de hac in libris hebraicarum quaestionum plenius diximus.

Coelas (id est uallis) Iosaphat inter Ierusalem et montem oliueti. lege prophetam Iohel.

Cedem in Ezechiel, quod Aquila et Symmachus interpretantur orientem.

Cedar. in Ezechiel *principes Cedar.* sed et Ieremias et Isaias in uisione Arabiae huius uocabuli recordantur. est autem regio in heremo Sarracenorum, a filio Ismahelis Cedar ita cognominata.

Carioth in regione Moabitarum, sicut Ieremias scribit.

Capharnaum iuxta stagnum Gennezar usque hodie oppidum in Galilaea gentium situm *in finibus Zabulon et Neptalim.*

huc usque per c litteram, id est graecum kappa, legere debemus: exin per elementum chi, quod adspirationem in se continet et a Latinis minime habetur, scribendum pariter ac legendum.

De Genesi.

Chalanne ciuitas regni Nembroth in Babylone, cuius et Isaias meminit dicens *et Chalanne, ubi turris aedificata est.*

Chalach urbs Assyriorum, quam aedificauit Assur egrediens de terra Sennaar.

3 Reg II 15,23 | 4 Ioh 18,1 | 6 Reg IV 16,9 | 8 Reg III 10,28 | 9 Reg III 10,22 | 9 Isa 2,16 | 9 Ezech 27,12 | 11 Hieronym hebr quaest | 13 Par II 20,26? | 14 Ioel 4,2 | 15 Ez 11,23 | 17 Ez 27,21 | 17 Ier 49,28 | 18 Isa 21,16 | 20 Gen 25,13 | 21 Ier 48,24 | 22 Mth 4,13 | 29 Gen 10,10 | 30 Isa 10,9 | 31 Gen 10,11

Charran ciuitas Mesopotamiae trans Edessam, quae usque hodie Carra dicitur, ubi romanus est caesus exercitus et Crassus dux captus.

Chebron, quae quondam uocabatur Arbe, licet male in graecis codicibus habeatur Arboc. condita est autem ante septem annos quam Tanis urbs Aegypti conderetur. diximus de hac et supra. fuit autem metropolis Enacim, quos gigantes et potentes intellegere debemus.

Choba ad laeuam partem Damasci. est autem et uilla Chobaa in iisdem regionibus, habens adcolas Hebraeos, qui credentes in Christum omnia legis praecepta custodiunt et a principe haereseos Ἐβιωνῖται nuncupantur. contra istius modi dogmata Paulus apostolus scribit ad Galatas.

Chabratha, quod interpretatur Aquila καθ' ὁδόν, id est iuxta uiam, quae ducit in Efratha, id est Bethleem. ubi cum Rachel peperisset Beniamin, occubuit. super hoc uerbo quid nobis uideatur, in libris hebraicarum quaestionum diximus.

Chazbi, ubi geminos Iudae filios Thamar edidit. ostenditur autem nunc locus desertus iuxta Adollam in finibus Eleutheropoleos. de hoc quoque in libris hebraicarum quaestionum plenius a nobis disputatum est.

De Numeris et Deuteronomio.

Choreb mons dei in regione Madian iuxta montem Sina super Arabiam in deserto, cui iungitur mons et desertum Sarracenorum, quod uocatur Faran. mihi autem uidetur quod duplici nomine idem mons nunc Sinai nunc Choreb uocetur.

Charada castra filiorum Israhel.

Chennereth mare, ubi est Iudaeae terminus in tribu Neptalim. sed et oppidum, quod in honorem postea Tiberii Caesaris Herodes rex Iudaeae instauratum adpellauit Tiberiadem, ferunt hoc primum adpellatum nomine.

1 Gen 11,31 | 4 Gen 13,18 | 5 Gen 23,2 | 5 Num 13,22 | 7 = 84,9 | 7 Ios 11,21 | 9 Gen 14,15 | 13 epist ad Galatas | 14 Gen 35,16 | 17 Hieron hebr quaest. cf eiusdem quaestiones in Genesin 54,21 editionis lagardianae | 18 Gen 38,5 | 20 Hieronym hebr quaest. cf eiusdem quaestiones in Genesin 58,12 editionis lagardianae | 23 Dt 1,2 | 27 Num 33,24 | 28 Dt 3,17 | 28 Ios 19,35

De libro Iesu.

Chefira uicus ad ciuitatem pertinens Gabaon in tribu Beniamin.

Chaslon in tribu Iuda et in finibus Aeliae uilla pergrandis.

Chsil in tribu Iuda.

Chabon in tribu Iuda.

Chathlis in tribu Iuda.

Chermel, unde Nabal carmelius fuit. de qua et supra dictum est.

Chilon in tribu Iuda.

Chefri in tribu Beniamin.

Chaselath Thabor in tribu Zabulon.

De regnorum libris.

Chethiim. terra Chethiim Cyprus dicitur, in qua ciuitatem condidit Luzam. nam et urbs hodieque Cypri Citium nuncupatur.

Charri, ad quem locum persecutus est Ioab res nouas molientem Sibam.

Chomarim ubi Iosias simulacra combussit.

Chalanne *ubi turris aedificata est* iuxta Isaiam, sicut et supra dictum est.

Charran ciuitas Assyriorum in regione Theman iuxta Isaiam.

Chaselath iuxta Thabor terminus Zabulon. diximus de ea et supra sub nomine Chasalus.

Chabol terminus Aser.

Chalab. de hac cultores pristinos Aser non ualuit expellere.

Chorath torrens trans Iordanen, in quo absconditus est Elias, e regione eiusdem fluminis.

Chotha regio Assyriorum.

Chobar flumen babyloninm, sicut in Ezechiel.

2 Ios 9,17 | 2 Ios 18,26 | 4 Ios 15,10 | 5 Ios 15,30 | 6 Ios 15,40 | 7 Ios 15,40 | 8 Ios 15,55 | 8 Reg I 25,2 | 8 = 110,31 | 10 Ios 15,51 | 11 Ios 18,26? | 12 Ios 19,12 | 14 Isa 23,1 | 17 Reg II 20,14 | 19 Reg IV 23,5 | 20 Isa 10,9 | 21 = 111,30 | 22 Reg IV 19,12 | 23 Isa 37,12 | 24 Ios 19,12 | 25 = 94,24 | 26 Reg III 9,13 | 26 Ios 19,27 | 27 Iud 1,31 | 28 Reg III 17,3 | 30 Reg IV 17,24 | 31 Ez 1,3

Charchamis ciuitas iuxta flumen Eufraten.

Chamoam uillula iuxta Bethleem.

Chelon, quae et Elon, oppidum Moab, ut in Ieremia scribitur.

Chamos idolum Moab.

De euangeliis.

Chorazin oppidum Galilaeae, quod Christus propter incredulitatem miserabiliter deplorat et plangit. est autem nunc desertum in secundo lapide a Cafarnaum.

Chimarrus (id est torreus) Cedron, de quo et supra diximus, inter montem olineti et Ierusalem, ubi dominum saluatorem Iohannes euangelista narrat traditum.

De libro Geneseos.

Dasem urbs Assyriorum nobilis, quam extruxit Assur inter Niniuen et Chalach.

Drys (id est quercus) Mambre iuxta Chebron, quae usque ad aetatem infantiae meae et Constantii regis imperium terebinthus monstrabatur peruetus et annos magnitudine indicans, sub qua habitauit Abraham. miro autem cultu ab ethnicis habita est et ueluti quodam insigni nomine consecrata.

Damascus nobilis urbs Foenicis. eodem autem uocabulo et Masec ancillae Abraham filius adpellatus est. porro Masec quid sibi uelit in libris hebraicarum quaestionum plenius disputaui, hic tantum interpretis sum functus officio, non quo ancillam Abrahae Masec nuncupatam probem.

Dan uiculus in quarto a Paneade miliario euntibus Tyrum, qui usque hodie sic uocatur, terminus Iudaeae prouinciae contra septemtrionem, de quo et Iordanis flumen erumpens a loco sortitus est nomen. ior quippe ῥεῖθρον (id est fluuium siue riuum) Hebraei uocant.

Dannaba ciuitas Balac filii Beor regis Edom, post quem regnauit Iob (licet mihi longe aliter uideatur). et est usque hodie uilla Dannaia in octauo miliario Areopoleos pergen-

1 Isa 10,9 | 2 Ier 41,17 | 3 Ier 48,21 | 5 Reg III 11,7 | 7 Mth 11,21 | 10 = 111,3 | 12 Ioh 18,1 | 14 Gen 10,12 | 16 Gen 13,18 | 21 Gen 15,2 | 23 Hieronym hebr quaest. cf quaestiones in Genesin 24,33 | 26 Gen 14,14 | 31 Gen 36,32

tibus Arnonem, et altera Daunaba super montem Fogor in septimo lapide Esbus.

Dothaim ubi inuenit Ioseph fratres suos pecora pascentes, qui et usque hodie in duodecimo a Sebaste miliario contra Aquilonis plagam ostenditur.

De Numeris et Deuteronomio.

Debon, quae et Dibon, in solitudine castra filiorum Israhel. est et alia Dibon, uilla pergrandis iuxta Arnonem, quae cum prius fuisset filiorum Moab et post eam Seon rex Amorraeorum belli iure tenuisset, a filiis Israhel capta atque possessa in partem uenit tribus Gad. meminit huius Ieremias et Isaias in uisione contra Moab.

Debongad castra filiorum Israhel.

Dysme Moab, id est ad occidentem Moab, iuxta Iordanem contra Ierichum, ubi rex Moab Balac et maiores natu Madian Israhelem insidiis deceperunt, in quo loco et Moyses scripsit Deuteronomium.

De libro Iesu.

Dabira ciuitas in tribu Dan, cuius regem interfecit Iesus. est autem et alia uillula Iudaeorum in monte Thabor regionis ad Diocaesaream pertinentis.

Dor Nafeth, quod Symmachus transtulit *Dor maritima*. haec est Dora in nono miliario Caesareae Palaestinae pergentibus Tyrum, nunc deserta. quae cum cecidisset in sortem tribus Manasse, eam possidere non potuit, quia habitatores in illa pristini permanserunt.

Dabir in tribu Iuda, quae uocabatur ciuitas litterarum. hanc praeoccupauit Gothonihel frater Chaleb, interfectis in ea Enacim. fuit autem et ipsa sacerdotibus separata. porro Gothonihel quidam arbitrantur filium fratris Chaleb.

Dabor super Iordanem ciuitas Amorraeorum.

Dimona in tribu Iuda.

Dadan in tribu Iuda.

3 Gen 37,17 | 7 Num 21,30 | 12 Ier 48,22 | 12 Isa 15,2 | 13 Num 33,45 | 14 Num 26,3 | 17 Dt 34,1 | 19 Ios 12,13 | 22 Ios 11,2 | 25 Ios 17,11 12 | 27 Ios 15,15 | 28 Ios 15,17 | 29 Ios 21,14 | 31 Ios 13,26 | 32 Ios 15,22 | 33 Ios 15,38

Deuua in tribu Iuda. eadem est autem, quae et Dabir ciuitas litterarum.

Dahiua siue Dahind in tribu Iuda.

Duma iu tribu Iuda uicus grandis iu Daroma, hoc est ad australem plagam, in fiuibus Eleutheropoleos, decem et septem ab ea milibus distans.

Damua in tribu Zabulou, Leuitis ciuitas separata.

Dasbath iu tribu Zabulou.

Dabrath iu tribu Issachar, urbs separata Leuitis.

De libro iudicum.

Drys (id est quercus) in Efratha iu tribu Mauasse, unde fuit Gedeon. de hac quid uobis uisum sit, in libris hebraicarum quaestiouum diximus. quaeritur euim quo modo Efratha in tribu Manasse nunc esse dicatur.

De regnorum libris.

Dibon, de qua supra diximus, cuius memiuit Isaias in uisioue contra Moab.

Deseth, quod Aquila traustulit parietem, Symmachus murum.

Dodauim, de qua Isaias in uisione scribit Arabiae. est autem iuxta Areopolim.

Darom. huius memiuit Ezechiel, quod Symmachus uertit in africum.

Diospolis ciuitas Aegypti, sicut scribit Ezechiel.

Dadan in regioue Cedar, de qua scribit Ieremias.

Deblathaim iu terra Moab, sicut scribit Ieremias.

Dedan iu regione Idumaea, super qua scribit Ieremias. est autem iu quarto miliario a metallo Feuo coutra Aquilouem.

De euangeliis.

Decapolis, sicut in euaugelio legimus. est autem regio decem urbium trans Iordanen circa Hippum et Pellam et Gadaram.

De Genesi.

Eden sacri paradisi locus ad orieutem, quod in uoluptatem deliciasque transfertur.

1 Ios 15,49 | 1 Ios 10,38 | 3 Ios 21,15? | 4 Ios 15,52 | 7 Ios 21,35 | 8 Ios 19,11 | 9 Ios 21,28 | 11 Iud 6,11 | 12 Hieronym hebr quaest | 16 = 115,7 | 16 Isa 15,2 | 18 Isa 16,7 | 19 Isa 21,13 | 21 Ez 21,1 | 23 Ez 30,14 | 24 Ier 25,23 | 25 Ier 48,22 | 26 Ier 49,8 | 29 Mth 4,25 | 32 Gen 2,8

Euila, ubi aurum purissimum (quod hebraice dicitur zaab) et gemmae pretiosissimae, carbunculus zmaragdusque, nascuntur. est autem regio ad orientem uergens, quam circuit de paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangen uocant. sed et unus de minoribus Noe Euila dictus est, quem Iosephus refert cum fratribus suis a flumine Cephene et regione Indiae usque ad eum locum, qui adpellatur Hieria, possedisse. sed et Ismahel in solitudine Euila habitasse scribitur, quam sancta scriptura ait esse in deserto Sur contra faciem Aegypti et tendere usque ad terram Assyriorum.

Eufrates fluuius Mesopotamiae in paradiso oriens. porro Salustius auctor certissimus adserit tam Tigris quam Eufratis in Armenia fontes demonstrari. ex quo animaduertimus aliter de paradiso et fluminibus eius intellegendum.

Ellesar ciuitas regis Arioch.

Efratha regio Bethleem ciuitatis Dauid, in qua natus est Christus. est autem in tribu Iuda, licet plerique male aestiment in tribu Beniamin, iuxta uiam, ubi sepulta est Rachel, quinto miliario ab Ierusalem in eo loco, qui a LXX uocatur hippodromus. legimus Efratham et in Paralipomenon libro, sicut supra dictum est.

De Numeris et Deuteronomio.

Ebrona in deserto castra filiorum Israhel.

Emath, quam transierunt exploratores, qui ab Iesu missi sunt.

Erma, ubi populi pars caesa est Israhelis ab Amalec et Chananaeo, quem in Deuteronomio Amorraeum scriptura uocat.

Esebon ciuitas Seon regis Amorraeorum in terra Galaad. quae cum fuisset ante Moabitarum, ab Amorraeis belli iure possessa est. meminit huius Ieremias, Isaias quoque in uisione contra Moab. porro nunc uocatur Esbus, urbs insignis Arabiae in montibus, qui sunt contra Iericho, uiginti ab

1 Gen 2,11 | 5 Gen 10,29 | 6 Ioseph arch I 6,4 | 8 Gen 25,18 | 11 Gen 2,14 | 12 Salustius | 15 Gen 14,1 | 16 Gen 35,16 | 20 Gen 35,19 | 20 Par I 2,50 | 21 = 101,15 | 23 Num 33,34 | 24 Num 13,21 | 26 Num 14,45 | 27 Dt 1,44 | 29 Num 21,26 | 31 Ier 48,2 | 31 Isa 15,4

Iordane milibus distans. fuit autem in tribu Ruben, separata Leuitis.

Edrai ubi interfectus est Og rex Basan gigas et potens omnisque illius caesus exercitus. nunc autem est Adra insignis Arabiae ciuitas in uicesimo quarto lapide a Bostra.

Eleale ciuitas Amorraeorum in Galaad, quae cecidit in sortem tribus Ruben. meminit huius Isaias in uisione contra Moab et Ieremias. sed et usque hodie uilla grandis ostenditur in primo ab Esbus miliario.

Enna quae est iuxta desertum Cades.

Ermon. mons Ermon, quem Foenices cognominant Sanior, iam et supra positus.

De libro Iesu Naue.

Emec Achor, quod interpretatur uallis Achor (id est tumultus atque turbarum), ubi Achan lapidibus obpressus est eo quod quaedam de anathemate sustulisset. est autem locus iuxta Iericho haut procul a Galgalis. male ergo putant quidam uallem Achor a nomine eius, qui lapidatus est, nuncupatam, cum ille Achan dictus sit et non Achor siue Achar.

Eglon, quae et Odollam, in tribu Iudae, cuius regem nomine Dabir interfecit Iesus. est autem nunc uilla pergrandis in duodecimo ab Eleutheropoli lapide contra orientem, de qua et supra diximus.

Esrom, quae et Asor, iuxta heremum in tribu Iuda, de qua et supra dictum est.

Enacim. et in hac interfecit Iesus Enacim gigantes de regione montana in Chebron. sed mihi uidetur non esse nomen loci Enacim, sed habitatorum Chebron.

Efron in tribu Iuda. est et uilla pergrandis Efraea nomine contra septemtrionem in uicesimo ab Aelia miliario.

Edre in tribu Iuda.

Ethnan in tribu Iuda.

1 Num 32,37 | 2 Ios 21,37 | 3 Num 21,33 | 6 Num 32,3 | 7 Num 32,37 | 7 Isa 15,4 | 8 Ier 48,34 | 10 Num 34,4 | 11 Dt 3,9 | 12 = 90,19 | 14 Ios 7,26 | 21 Ios 10,3 | 24 = 92,29 | 25 Ios 11,1 | 26 = 90,6 | 27 Ios 11,21 | 30 Ios 15,9 | 32 Ios 15,21 | 33 Ios 15,23

Ebeziuthia in tribu Iuda.

Euim iu tribu Iuda.

Eltholath iu tribu Iuda.

Ereb in tribu Iuda. est hodieque uilla in Daroma, id est ad austrum, quae Heromith uuncupatur.

Esan iu tribu Iuda.

Elul in tribu Iuda. est et hodie in regione ad Aeliam pertinente uilla nomine Alula iuxta Chebrou.

Elthece in tribu Iuda. est hodieque Thecua uicus iu nono ab Aelia miliario contra meridianam plagam, de quo fuit Amos propheta, cuius et sepulcrum ibidem ostenditur.

Engaddi in tribu Iuda, ubi absconditus est Dauid in solitudine, quae est in Aulone Ierichus, hoc est in regione illa campestri, de qua supra diximus. uocatur autem usque hodie uicus pergraudis Iudaeorum Engadi iuxta mare mortuum, unde et opobalsamum uenit, quas uineas Engadi Salomon uuncupat.

Esthemo ciuitas sacerdotalis. nunc autem ostenditur pergrandis uicus Iudaeorum in Daroma, qui locus ad Eleutheropoleos pertinet regionem.

Emec Rafaim, id est uallis Rafaim, iu tribu Beniamiu.

Edomia iu tribu Beniamin. nunc autem ostenditur uilla Eduma in Acrabattene duodecim ferme milibus distaus a Neapoli contra orientem.

Erma. et hanc Iesus cepit rege illius interfecto, quae fuit in sorte Symeonis siue Iuda.

Ether sortis Symeonis. et nunc est uilla pergrandis nomine Iethira in interiori Daroma iuxta Malatham.

Eththa in tribu Symeouis.

Elcath in tribu Aser. Leuitis ciuitas separata.

Edrai in tribu Neptali.

Esthaol in tribn Dan, ubi moratus est Samson, quae

1 Ios 15,28 | 2 Ios 15,29 | 3 Ios 15,30 | 4 Ios 15,52 | 6 Ios 15,52 | 7 Ios 15,58 | 9 Ios 15,59 | 11 Amos 1,1 | 12 Ios 15,62 | 12 Reg I 24,1 | 14 = 88,10 | 16 Cant 1,13 | 18 Ios 21,14 | 21 Ios 18,16 | 22 Ios 18,17 | 25 Ios 19,4 | 27 Ios 19,7 | 29 Ios 19,13 | 30 Ios 19,25 | 30 Ios 21,31 | 31 Ios 19,37 | 32 Ios 19,41 | 32 Iud 16,31

usque hodie ostenditur in decimo Eleutheropoleos miliario contra aquilonem pergentibus Nicopolim.

Eltheco in tribu Dan separata Leuitis.

Elba. de hac tribus Aser adcolas pristinos non quiuit expellere.

Eremmon uicus Iudaeorum pergrandis in sexto decimo ab Eleutheropoli miliario contra meridiem in Daroma.

Emathdor in tribu Neptalim, separata Leuitis.

Emath terminus Allophylorum in regione Damasci.

De regnorum libris.

Ergab ad quem locum Ionathan filius Saul ueru dirigit, militaribus iaculis se exercens. pro quo et Aquila et Symmachus interpretati sunt lapidem, licet in alio loco Symmachus τὴν περίμετρον dixerit.

Echela ubi absconditus est Dauid. nunc uero Eccela uilla dicitur in septimo ab Eleutheropoli miliario, iuxta quam et sepulcrum Abbacuc prophetae ostenditur.

Elmoni locus quispiam interpretatur, pro quo Aquila et Theodotion transtulerunt τόνδε τινά, quod nos dicere possumus hunc uel illum. porro diligens lector agnoscat (quod in principio quoque libri huius aliqua ex parte perstrinxi) me non omnia quae transfero conprobare, sed idcirco quaedam iuxta auctoritatem graecam relinquere, quia de his in libris hebraicarum quaestionum plenius disputaui.

Esthama ad quem locum misit Dauid.

Eloth quam aedificauit rex Azarias.

Emath in Isaia ciuitas Damasci, quam obpugnauit rex Assyriorum. meminit huius Zacharias et Ezechiel. in Amos quoque Emath Rabba scribitur, quod nobiscum sonat Emath magna. diximus de hac et supra quid nobis uideatur, hanc esse Epiphaniam iuxta Emesam, quae usque hodie syro sermone dicitur sic.

3 Ios 19,44 | 4 Ios 19,28 | 4 Iud 1,31 | 6 Ios 19,45 | 8 Ios 21,32 | 9 Reg II 8,9? | 11 Reg I 20,19 | 13 Dt 3,14 | 15 Reg I 23,19 | 18 Reg I 21,3 | 21 = 82,17 | 24 Hieronym hebr quaest | 25 Reg I 30,28 | 26 Reg IV 14,22 | 27 Reg IV 25,21 | 27 Isa 10,9 | 28 Zach 9,2 | 28 Ez 47,16 | 28 Am 6,2 | 30 = 91,26 = 120,9

Eser urbs quam aedificauit Salomon.

Elcese de quo loco et Naum propheta fuit: nam adpellatur elcesaeus.

Enacim, quod Symmachus et Aquila transtulerunt *uallium*.

De euangeliis.

Emaus, de quo loco fuit Cleophas, cuius Lucas euangelista meminit. haec est nunc Nicopolis insignis ciuitas Palaestinae.

Efraim iuxta desertum, ad quam uenit dominus Iesus cum discipulis suis. diximus de hac et supra sub Efron uocabulo.

hucusque per conreptam litteram E nominum sunt lecta principia, exin per extensum legamus elementum, quod graece dicitur eta.

De Genesi.

Elath regio principum Edom et ciuitas Esau in decimo a Petra miliario contra orientem.

Eroum ciuitas in Aegypto, ad quam Ioseph occurrit patri suo Iacob.

Eliopolis ciuitas solis urbs in Aegypto, pro qua in hebraeo scriptum est On, in qua Petefres sacerdos fuit. meminit huius et Ezechiel.

Etham castra filiorum Israhel in deserto, quae adpellatur et Butham.

De libro Iesu.

Engannim in tribu Iuda. nunc est uicus iuxta Bethel.

Enaim in tribu Iuda. hodieque uilla est Bethenim circa terebinthum.

Endor in tribu Manasse, ubi pythonissa a Saule rege Iudaeae consulitur. diximus et supra de Aendor, quae est iuxta oppidum Naim, in cuius portis saluator filium uiduae suscitauit. est autem circa Scythopolim.

Enganni in tribu Issachar, ciuitas separata Leuitis. sed

1 Reg III 9,15 | 2 Nahum 1,1 | 4 Ier 49,4 | 6 Luc 24,13 | 9 Ioh 11,54 | 10 = 118,30 | 16 Gen 14,1 | 18 Gen 46,28 | 20 Ex 1,11 | 21 Gen 46,20 | 22 Ez 30,17 | 23 Ex 13,20 | 24 Num 33,6 | 26 Ios 15,34 | 27 Ios 15,34 | 29 Ios 17,11 | 29 Reg I 28,7 | 30 = 96,31 | 31 Luc 7,11 | 33 Ios 19,21

et alia quaedam ciuitas Euganna dicitur circa Gerasam trans Iordaneu.

Enadda in tribu Issachar. est autem usque hodie quaedam uilla uomine Enaddam pergentibus de Eleutheropoli Aeliam quasi decimo miliario.

Euasor iu tribu Neptalim. posita est et supra Asor.

Ereccou terminus tribus Dan iuxta Ioppen.

De iudicum libro.

Etam ubi habitauit Samsou in spelunca Etam iuxta torrentem.

De regnorum libris.

Ela. legimus uallem Ela, quam Aquila et Theodotion iuterpretantur uallem quercus.

Engaddi desertum, in quo absconditus est Dauid. posuimus et supra Engaddi in tribu Iuda iuxta mare mortuum contra occidentem.

Emath regio Allofylorum. porro iuxta Ieremiam ciuitas Damasci.

Enan terminus Damasci, sicut in Ezechiel legimus, ad orientem uergens a Theman et Palmetis, quae ceteri interpretes ediderunt *Thamar*.

De Genesi.

Fison (quod interpretatur caterua) fluuius, quem nostri Gangen uocant, de paradiso exiens et pergens ad Indiae regiones, post quas erumpit in pelagus. dicit autem scriptura circuiri ab hoc uniuersam regionem Euila, ubi aurum praecipuum nascitur et carbuuculus lapis et prasinus.

Faran nunc oppidum trans Arabiam iunctum Saracenis, qui in solitudine uagi errant. per hoc iter fecerunt filii Israhel, cum de monte Sina castra mouissent. est ergo (ut diximus) trans Arabiam contra australem plagam et distat ab Aila contra orientem itinere trium dierum. in deserto autem Faran scriptura conmemorat habitasse Ismahelem. unde

1 Ios 21,29 | 3 Ios 19,21 | 6 Ios 19,37 | 7 Ios 19,46 | 9 Iud 15,8 | 12 Reg I 17,2 | 14 Reg I 24,1 | 15 = 119,12 | 17 Reg II 8,9 | 17 Ier 49,23 | 19 Ez 48,1 | 20 Ez 47,19 | 23 Gen 2,11 | 28 Gen 14,6 | 29 Num 10,12 | 33 Gen 21,21

et Ismahelitae, qui nunc Saraceni. legimus quoque Chodorlagomor regem percussisse eos qui erant in deserto Faran.

Filistiim quae nunc dicitur Ascalon et circa eam regio Palaestinae.

Fanuhel locus in quo Iacob tota nocte conluctans Israhelis uocabulum meruit, iuxta torrentem Iaboc. Fanuhel autem interpretatur facies dei ab eo quod Iacob ibi deum uiderit.

Fogo ciuitas Adad regis, quae est in regione gebalitica.

Fenon castra filiorum Israhel in deserto. fuit autem ciuitas quondam principum Edom, nunc uiculus in deserto, ubi aeris metalla damnatorum suppliciis effodiuntur inter ciuitatem Petram et Zoaram, de quo et supra diximus.

De Exodo.

Fithom ciuitas Aegypti, quam aedificauerunt filii Israhel.

De Numeris et Deuteronomio.

Fiu castra filiorum Israhel in deserto.

Fathura ciuitas trans Mesopotamiam, unde fuit Balaam ariolus. sed et iuxta Eleutheropolim quaedam uilla nomine Fathura nuncupatur euntibus Gazam.

Fogor et Bethfogor mons Moabitarum, ad quem Balac rex adduxit Balaam ariolum, in supercilio Libiadis. sed et alia uilla Fogor haut procul a Bethleem cernitur, quae nunc Faora nuncupatur.

Fasga ciuitas Amorraeorum. est autem et mons contra orientalem plagam Fasga, pro quo Aquila interpretatur excisum. sed et LXX interpretes Fasga in quodam loco excisum transtulerunt.

De libro iudicum.

Fanuhel ciuitas, quam aedificauit Ieroboam.

Fanuhel turris, quam subuertit Gedeon. sed et unus de filiis Hor uocatus est Fanuhel.

Fraathon, unde fuit Abdon iudex populi Israhel in monte Amalec.

1 Gen 14,6 | 3 Gen 21,34 | 5 Gen 32,31 | 8 Gen 36,39 | 9 Num 33,42 | 9 Gen 36,41 | 12 = 109,7 | 14 Ex 1,11 | 16 Num 33,42 | 17 Num 22,5 | 20 Num 23,28 | 20 Dt 4,46 | 24 Dt 3,17 | 26 Dt 4,49 | 29 Reg III 12,25 | 30 Iud 8,17 | 31 Par I 4,4 | 32 Iud 12,13

De regnorum libris.

Felmoni Almoni, quod Aquila interpretatur illum uel istum, Symmachus uero nescio quem locum, Theodotion illum locum Elmoni. de quo in libris hebraicarum quaestionum plenius disputatum est.

Fogo ciuitas regni Edom.

Farfar fluuius Damasci.

Fathure regio Aegypti iuxta Ezechiel et Ieremiam, in qua profugi habitauere Iudaei.

De Genesi.

Geon fluuius qui apud Aegyptios Nilus uocatur, in paradiso oriens et uniuersam Aethiopiam circuiens.

Gomorra una de quinque ciuitatibus Sodomorum, quae cum reliquis diuina ultione subuersa est.

Gerara ex cuius nomine nunc geraritica uocatur regio trans Daroma, procul ab Eleutheropoli milibus uiginti quinque ad meridiem. erat autem olim terminus Chananaeorum ad australem plagam et ciuitas metropolis Palaestinae. scriptura commemorat fuisse eam inter Cades et Sur, hoc est inter duas solitudines, quarum una Aegypto iungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris peruenit, altera uero (Cades) usque ad Sarracenorum heremum extenditur.

Galaad mons, ad quem septimo die profectionis e Carris Iacob profugus uenit. est autem ad tergum Foenicis et Arabiae, collibus Libani copulatus, extenditurque per desertum usque ad eum locum, ubi trans Iordanen habitauit quondam Seon rex Amorraeorum. cecidit supra dictus mons in sortem filiorum Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse. sed et Ieremias loquitur *Galaad, tu mihi initium Libani.* a quo monte et ciuitas in eo condita sortita uocabulum est, quam et cepit de Amorraeorum manu Galaad filius Machir filii Manasse.

Gader turris, ubi habitante Iacob Ruben patris uiolauit torum. quae absque G littera in hebraeo Ader scribitur.

2 Reg I 21,3 | 4 Hieronym hebr quaest | 6 Par I 1,50 | 7 Reg IV 5,12 | 8 Ez 29,14 | 8 Ier 44,15 | 11 Gen 2,13 | 13 Gen 10,19 | 15 Gen 20,1 | 18 Gen 20,1 | 20 Reg I 15,7 | 21 Ex 15,22 | 21 Num 20,14? | 23 Gen 31,21 | 26 Dt 3,16 | 29 Ier 22,6 | 31 Num 32,39 | 32 Gen 35,21

Gethaim, pro qua in hebraeo positum est Anith, ciuitas Adad, qui quartus regnauit in terra Idumaea, quae nunc Gebalene dicitur.

Gesen regio Aegypti, in qua habitauit Iacob cum liberis suis.

De Numeris et Deuteronomio.

Gasiongaber castra in solitudine filiorum Israhel, sicut in Numerorum libro scriptum est. porro iuxta Deuteronomium ciuitas est Esau, quam nunc Essiam nuncupari putant, iuxta mare rubrum et Ailam.

Gai castra in solitudine filiorum Israhel. et usque hodie Gaia urbs dicitur Palaestinae iuxta ciuitatem Petram.

Gelmon Deblathaim castra (id est mansio) filiorum Israhel in deserto.

Gadgad mons in deserto, ubi castra metati sunt filii Israhel.

Gaza ciuitas Euaeorum, in qua habitauere Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. apud ueteres erat terminus Chananaeorum iuxta Aegyptum ceciditque in sortem tribus Iudae, sed eam tenere non potuit, quia Enacim (id est gigantes) Allofylorum fortissimi restiterunt. et est usque hodie insignis ciuitas Palaestinae. quaeritur autem quo modo in quodam propheta dicatur Gaza futura in tumulum sempiternum. quod soluitur ita: antiquae ciuitatis locum uix fundamentorum praebere uestigia, hanc autem, quae nunc cernitur in alio loco, pro illa, quae conruit, aedificatam.

Gergasi ciuitas trans Iordanen iuncta monti Galaad, quam tenuit tribus Manasse. et haec esse nunc dicitur Gerasa, urbs insignis Arabiae. quidam autem ipsam esse Gadaram aestimant. sed et euangelium meminit Gergesenorum.

Gadgada, ubi aquarum torrentes sunt. est autem locus in solitudine.

Gaulon siue Golam in tribu Manasse, ciuitas sacerdo-

1 Gen 36,35 | 4 Gen 45,10 | 8 Num 33,35 | 8 Dt 2,8 | 11 Num 33,44 | 13 Num 33,46 | 15 Num 33,32 | 17 Dt 2,23 | 20 Ios 15,47 | 20 Iud 1,18 | 23 Isa 25,2 + Soph 2,4? | 27 Dt 7,1 | 30 Marc 5,1 | 31 Dt 10,7 | 33 Dt 4,43 | 33 Ios 20,8

talis et fugitiuorum in regione Basanitide. sed et nunc Gaulon uocatur uilla pergrandis in Batanaea, ex cuius nomine et regio sortita uocabulum est.

Gebal mons in terra repromissionis, ubi ad imperium Moysi altare constructum est. sunt antem iuxta Iericho duo montes uicini contra se inuicem respicientes, e quibus unus Garizim, alter Gebal dicitur. porro Samaritani arbitrantur hos duos montes iuxta Neapolim esse, sed uehementer errant: plurimum enim inter se distant nec possunt inuicem benedicentium siue maledicentium inter se audiri uoces, quod scriptura commemorat.

Garizim mons super quem steterunt hi qui maledicta resonabant iuxta supra dictum montem Gebal.

Golgol, quae et Galgal, iuxta quam montes esse scribuntur Garizim et Gebal. Galgal autem locus est iuxta Iericho. errant igitur Samaritani, qui iuxta Neapolim Garizim et Gebal montes ostendere uolunt, cum illos iuxta Galgal esse scriptura testetur.

Gai in Moab, quod interpretatur uallis Moab, iuxta Fogor, ubi sepultus est Moyses.

De libro Iesu.

Galgala. haec est quam supra posuimus Golgol, ad orientalem plagam antiquae Ierichus cis Iordanem, ubi Iesus secundo populum circumcidit et pascha celebrauit ac deficiente manna triticeis panibus usus est Israhel. in ipso loco quoque lapides, quos de alueo Iordanis tulerunt, statuerunt. ibi et tabernaculum testimonii fixum multo tempore fuit. cecidit autem in sortem tribus Iudae. et ostenditur usque hodie locus desertus in secundo Ierichus miliario, ab illius regionis mortalibus miro cultu habitus. sed et iuxta Bethel quidam Galgalam aliam suspicantur.

Gai iuxta Bethaun et Bethel, quam expugnauit Iesus, rege illius interfecto, et habitauit in illa quondam citra Iordanem Amorraeus. nunc desertus tantum ostenditur locus.

4 Dt 11,29 | 12 Dt 11,29 | 13 = 4 | 14 Dt 11,30 | 19 Dt 34,6 | 22 Ios 4,19 | 22 = 14 | 27 Reg I 7,16 | 28 Ios 15,7 | 30 Amos 5,5 | 32 Ios 7,2 | 32 Ios 12,9

Gabaon, unde Gabaonitae supplices uenerunt ad Iesum, erat olim metropolis et regalis ciuitas Euaeorum ceciditque in sortem tribus Beniamin. et nunc ostenditur uilla eodem nomine in quarto miliario Bethelis contra occidentalem plagam iuxta Rama et Remmon, ubi Salomon hostiis immolatis diuinum meruit oraculum. fuit autem et ipsa separata Leuitis.

Gabe sortis Beniamin. et haec Leuitis ciuitas separata.

Gazer in sorte tribus Efraim, urbs separata Leuitis, quam et ipsam expugnauit Iesus rege illius interfecto. aedificata est autem post a Salomone. nunc Gazara uilla dicitur in quarto miliario Nicopoleos contra septemtrionem. uerum tamen sciendum quod alienigenas ex ea Efraim non potuit expellere.

Goson. et hanc expugnauit Iesus.

Geth. in hac gigantes, qui uocabantur Enacim, et Filistinorum adcolae permanserunt. ostenditur uicus in quinto miliario ab Eleutheropoli euntibus Diospolim.

Gesom ciuitas alienigenarum, quae est et Gergassi in Basanitide, de qua filii Israhel expellere non ualuerunt Gesuri.

Gader. et huius regem interfecit Iesus. legimus quod Iacob trans turrim Gader fixerit tabernaculum suum.

Goim in Gelgel, quod Aquila et Symmachus interpretantur *gentes in Gelgel.*

Gelgel. et hanc cepit Iesus. et nunc ostenditur uilla nomine Galgulis ab Antipatride in sexto miliario contra septemtrionem.

Golathamain locus qui interpretatur possessio aquae.

Gadda in tribu Iuda. est autem hodieque uilla in extremis finibus Daromae contra orientem inminens mari mortuo.

Gaddera in tribu Iuda. nunc adpellatur uilla ad regionem ciuitatis aeliensis pertinens nomine Gadora circa terebinthum.

Gedur in tribu Iuda. hodieque uocatur Gedrus uicus

1 Ios 9,3 | 2 Ios 11,19 | 3 Ios 18,25 | 5 Reg III 3,4 | 6 Ios 21,17 | 7 Ios 18,24 | 7 Ios 21,17 | 8 Ios 10,33 | 8 Ios 21,21 | 8 Ios 12,12 | 9 Reg III 9,17 | 12 Ios 16,10 Iud 1,29 | 14 Ios 10,41 | 15 Ios 11,22 | 18 Ios 13,13 | 20 Ios 12,13 | 21 Gen 35,21 | 22 Ios 12,23 | 24 Ios 12,23 | 27 Ios 15,19 | 28 Ios 15,27 | 30 Ios 15,36 | 32 Ios 15,58

pergrandis in decimo miliario Diospoleos pergentibus Eleutheropolim.

Gabli terra Allofylorum.

Gison in tribu Iuda.

Gelon in tribu Iuda.

Gaderoth in tribu Iuda.

Gethremmon in tribu Manasse ciuitas separata Leuitis.

Gai uallis siue praeruptum.

Gehennom, quod interpretatur uallis Ennom. et ab hac quidam putant adpellatam gehennam. cecidit autem in sortem tribus Beniamin iuxta murum Ierusalem contra orientem. super qua in libris hebraicarum quaestionum plenius dictum est.

Gethchefer in tribu Zabulon.

Geefthahel, id est uallis Efthahel, in tribu Zabulon.

Gabathon in tribu Dan, ciuitas separata Leuitis. est quoque oppidum, quod uocatur Gabe, in sexto decimo miliario Caesareae et alia uilla Gabatha in finibus Diocaesareae iuxta grandem campum Legionis nec non et Gabaa et Gabatha uiculi contra orientalem plagam Daromae. sed et alia Gabatha in tribu Beniamin, ubi fuit domus Saul. alienigenarum quoque in regnorum libris quaedam Gabatha scribitur et iuxta Bethleem in tribu Iuda.

Gethremmon alia ciuitas in tribu Dan, separata Leuitis. est autem nunc uilla pergrandis in duodecimo miliario Diospoleos pergentibus ad eam de Eleutheropoli.

Galiloth locus iuxta Iordanem in tribu Beniamin, ubi altare domino constituerunt filii Ruben.

Gaas mons in tribu Efraim, in cuius septemtrionali plaga sepultus est Iesus filius Naue. et usque hodie iuxta uicum Thamnam sepulcrum eius insigne monstratur.

Gabiath in tribu Beniamin urbs Finees filii Eleazar, ubi sepultus est Eleazarus. est autem nunc Gabatha uilla in

3 Ios 13,5 | 4 Ios 15,51 | 5 Ios 15,51 | 6 Ios 15,41 | 7 Ios 21,25 | 8 ? | 9 Ios 18,16 | 12 Hieronym hebr quaest | 13 Ios 19,13 | 14 Ios 19,14 | 15 Ios 19,44 | 15 Ios 21,23 | 16 ? | 17 ? | 18 Ios 18,28 | 20 Reg I 10,26 | 21 Reg III 16,15 | 23 Ios 19,45 | 26 Ios 22,10 | 28 Ios 24,30 | 31 Ios 24,33

duodecimo miliario Eleutheropoleos, ubi et sepulcrum Abbacuc prophetae ostenditur.

Gabaam. usque ad hanc bellatum est contra tribum Beniamin, sicut in libro iudicum scribitur.

De regnorum libris.

Getha ad quem locum transtulerunt arcam testamenti de Azoto. nunc uicus grandis uocatur Getham inter Antipatridem et Iamniam. sed et alia uilla adpellatur Gethim.

Gallim unde fuit Falti, qui post fugam Dauid Michol uxorem eius acceperat. meminit huius loci et Isaias. dicitur autem esse et quidam iuxta Accaron uicus qui uocatur Galla.

Gelamsur regio Allofylorum.

Gelboe montes alienigenarum in sexto lapide a Scythopoli, in quibus et uicus est grandis qui adpellatur Gelbus.

Gedud ad quem descendit Dauid. pro quo Aquila *τὸν εὔζωνον*, id est expeditum uel adcinctum, Symmachus latronum cuneum transtulerunt.

Gazera ubi percussit Dauid alienigenas. posuimus et supra Gazer.

Gesur regio alienigenarum in Syria.

Gilon unde fuit Achitofel.

Gob ubi commissum est praelium.

Galilaea. duae sunt Galilaeae, e quibus una Galilaea gentium uocatur, uicina finibus Tyriorum, ubi et Salomon uiginti quinque ciuitates donauit Chiram regi Tyri, in sorte tribus Neptalim, altera Galilaea dicitur circa Tiberiadem et stagnum Genesareth in tribu Zabulon.

Gion ubi Salomon est unctus in regem.

Ger locus in quo percussit Iehu rex Israhel Ochoziam regem Iudae iuxta Ieblaam.

Gethachofer unde Ionas propheta fuit.

3 Iud 20,10 | 6 Reg I 5,8 | 9 Reg I 25,44 | 10 Isa 10,30 | 13 Reg I 27,8 | 14 Reg I 28,4 | 16 Reg I 30,8 | 19 Reg II 5,25 | 20 = 127,8 | 21 Reg II 15,8 | 22 Reg II 15,12 | 23 Reg II 21,18 | 25 Reg III 9,11 | 27 Mth 4,15 | 29 Reg III 1,33 | 30 Reg IV 9,27 | 32 Reg IV 14,25

Gaddi quam percussit Azahel rex Damasci. posita est et supra Gadda.

Gemela regio Idumaeorum, pro qua Aquila et Symmachus interpretautur uallem salis.

Gebiu. memiuit huius Isaias. et est uilla Geba in quinto miliario a Gufnis euutibus Neapolim.

Gozau iu regione Emath. et huius meminit Isaias. est autem in finibus Damasci.

Gareb collis iuxta Ierusalem, sicut scribit Ieremias.

Gabarth, pro quo Aquila iuterpretatur *in saepibus*, Symmachus uero *in coloniis*: lege Ieremiam.

Gefa uomen regionis, ut in Isaia scriptum est.

Gameu siue Gamou regio Moabitarum iuxta Isaiam.

De euaugeliis.

Gadara urbs traus Iordanen contra Scythopolim et Tiberiadem ad orientalem plagam sita iu monte, ad cuius radices aquae calidae erumpunt, balineis desuper aedificatis.

Gergesa ubi eos qui a daemouibus uexabautur saluator restituit sanitati. et hodieque super moutem uiculus demoustratur iuxta stagnum Tiberiadis, iu quod porci praecipitati sunt. diximus de hoc et supra.

Gethsemaui locus ubi ante passionem saluator orauit. est autem ad radices moutis olíueti uunc ecclesia desuper aedificata.

Golgotha locus Caluariae, in quo saluator pro salute omuium crucifixus est. et usque hodie ostenditur iu Aelia ad septemtrioualem plagam moutis Siou.

De Geuesi.

Iaboc fluuius, quo trausmisso luctatus est Iacob aduersus eum qui sibi adparuerat uocatusque Israhel. fluit autem inter Ammau (hoc est Filadelfiam) et Gerasam in quarto eius miliario et ultra procedens Iordaui fluuio coumiscetur.

Idumaea regio Esau, quae ex eo quod ille Edom uoca-

1 Reg IV 12,18 | 2 = 127,28 | 3 Reg IV 14,7 | 5 Isa 10,31 | 7 Reg IV 17,6 | 7 Isa 37,12 | 9 Ier 31,39 | 10 Ier 49,3 | 12 Isa 60,6 | 13 Isa 16,6 | 15 Mth 8,28 | 18 Mc 5,1 | 21 = 125,27 | 22 Mth 26,36 | 25 Mth 27,33 | 29 Gen 32,23 | 33 Gen 36,16

batur nomen accepit. est autem circa urbem Petram. quae nunc dicitur Gebalene.

Ietheth regio principum Edom in eadem de qua supra diximus Gebalene.

De Exodo.

Iroth locus deserti ad quem uenerunt filii Israhel mare rubrum transfretantes.

De Numeris et Deuteronomio.

Iegabatha castra in solitudine filiorum Israhel.

Iucendium, id est ἐμπυρισμός, locus in deserto, ubi quandam partem populi flamma combussit.

In Thaath castra in deserto filiorum Israhel.

Ianna quae est in campo Moab subtus uerticem Fasga, id est excisi, quod respicit ad desertum iuxta Arnon.

Iassa ubi aduersus Seon Amorraeorum regem dimicatur. meminit huius Isaias in uisione contra Moab, sed et Ieremias. et usque hodie ostenditur inter Medaban et Debus.

Iazer ciuitas Amorraeorum in decimo lapide Filadelfiae ad solis occasum trans Iordanen. quae fuit terminus tribus Gad extenditurque usque Aroer, quae et ipsa respicit ad Rabbam. meminit urbis Iazer et Isaias in uisione contra Moab, sed et Ieremias. fuit autem separata Leuitis et distat ab Esebon milibus quindecim, e qua magnum flumen erumpens a Iordane suscipitur.

Iordanis fluuius diuidens Iudaeam, Arabiam et Aulonem, de quo supra diximus, et usque ad mare mortuum fluens, qui post multos circuitus iuxta Iericho mortuo commixtus mari nomen amittit.

Ietabatha locus in deserto, ubi torrentes aquarum demonstrantur.

Iericho urbs quam Iordane transgresso subuertit Iesus rege illius interfecto, pro qua extruxit aliam Ozam de Bethel ex tribu Efraim, quam dominus noster atque saluator sua

3 Gen 36,40 | 3 = 2 = 123,8 | 6 Ex 14,2 | 9 Num 33,33 | 10 Num 11,3 | 12 Num 33,26 | 13 Num 21,20 | 15 Num 21,23 | 16 Isa 15,4 | 16 Ier 48,21 | 18 Num 21,32 | 19 Ios 13,25 | 21 Isa 16,8 | 22 Ier 48,32 | 22 Ios 21,37 | 25 Num 22,1 | 26 = 88,10 | 29 Dt 10,7 | 31 Dt 32,49 | 31 Ios 6,23 | 32 Reg III 16,34

praesentia iulustrare dignatus est. sed et haec eo tempore quo Ierusalem obpugnabatur a Romanis propter perfidiam ciuium capta atque destructa est. pro qua tertia aedificata est ciuitas, quae usque hodie permanet. et ostenduntur utriusque urbis uestigia usque in praesentem diem.

De Iesu Naue.

Ierusalem in qua regnauit Adonibezec. et post eam tenuere Iebusaei, e quibus et sortita uocabulum est. quos multo post tempore Dauid exterminans totius eam Iudaeae prouinciae metropolim fabricatus est eo quod ibi locum templi emerit et inpensas structurae Salomoni filio dereliquerit. hanc esse Iosephus refert quae in Genesi scribitur Salem sub rege Melchisedec. fuit autem in tribu Beniamin.

Iebus ipsa est quae et Ierusalem.

Iarim ciuitas Gabaonitarum.

Iarimuth ciuitas quam subuertit Iesus in tribu Iuda, quarto distans ab Eleutheropoli lapide iuxta uillam Esthaol.

Isimoth ubi absconditus est Dauid. de qua et supra quid nobis uideretur diximus, ponentes Bethsimuth. sed et in regnorum libro primo pro Isimuth Aquila interpretatur dissipatam, Symmachus uero desertam.

Iedua in sexto ab Eleutheropoli lapide pergentibus Chebron.

Ieconam ciuitas Carmeli quam cepit Iesus rege illius interfecto.

Iair ciuitas tribus Manasse.

Iamnel in tribu Iuda. est usque hodie oppidum Palaestinae Iamnia inter Diospolim et Azotum.

Iabir ciuitas litterarum in tribu Iuda.

Iagur in tribu Iuda.

Iermus in tribu Iuda. est usque hodie uilla Iermucha in decimo ab Eleutheropoli lapide adscendentibus Aeliam.

1 Mth 20,29 Mc 10,46 Luc 19,1 | 7 Ios 10,1 | 8 Ios 15,63 Iud 1,21 Iud 19,10 | 9 Reg II 5, 6 7 | 12 Ioseph arch I 10,2 | 14 Ios 18,28 | 15 Ios 9,17 | 16 Ios 12,11 | 18 Ios 12,3 | 18 = 103,9 | 20 Reg I 23,19 | 22 ? | 24 Ios 12,22 | 26 Ios 13,30 | 27 Ios 15,11 | 29 Ios 15,15 | 30 Ios 15,21 | 31 Ios 15,35

Iecthahel in tribu Iuda.

Iecthau in tribu Iuda.

Iether iu tribu Iuda ciuitas sacerdotalis. et uunc est uilla pergrandis Iethira uomine in uicesimo miliario Eleutheropoleos: habitatores quoque eius omnes christiaui suut. sita est autem in iuteriori Daroma iuxta Malathau. diximus de hac et supra.

Iaunm in tribu Iuda. est uilla Iauua in tertio miliario Legionis contra meridiem. sed non uidetur ipsa esse quae scribitur.

Ietau in tribu Iuda ciuitas sacerdotalis. est hodieque uicus pergrandis Iudaeorum in decimo octauo lapide ab Eleutheropoli ad australem partem iu Daroma.

Iesrahel in tribu Iuda. sed non est ipsa quae supra.

Iezrahel iu tribu Manasse hodieque pergrandis uicus ostenditur in campo maximo inter Scythopolim et Legionem: fuit autem terminus Issachar. sed et unus de posteris Efrathae, sicut in Paralipomenon legimus, uocatus est Iezrahel.

Iecdaan in tribu Iuda.

Iefleti iu tribu Ioseph.

Ianou in tribu Efraim. hanc quoque cepit rex Assyriorum. et hodieque uicus osteuditur Iauon iu Acrabittena regione in duodecimo lapide Neapoleos contra orientem.

Iamiu, pro quo Aquila et Symmachus iuterpretantur dexteram.

Iaseb, pro quo Hebraei habitatores legunt.

Iu Emec, pro quo Aquila et Symmachus transtulerunt *in uallem.*

Ieblaam iu tribu Manasse, de qua alienigenas non ualuit expellere.

Ierfel in tribu Beniamin.

Iecnal iu tribu Zabulou, Leuitis ciuitas separata.

Iafthie in tribu Zabulon. nunc usque Ioppe uocatur adscensus Iapho. sed et oppidum Sycamiuum nomine de Cae-

1 Ios 15,38 | 2 Ios 15,43 | 3 Ios 15,48 | 7 = 134,23 | 8 Ios 15,53 | 10 Ios 15,55 | 13 Ios 15,56 | 13 = 14? | 14 Ios 19,18 | 17 Par I 4,3 | 18 Ios 15,56 | 19 Ios 16,3 | 20 Ios 16,6 | 20 Reg IV 15,29 | 23 Ios 17,7 | 25 Ios 17,16 | 26 17,16? | 28 Ios 17,11 | 30 Ios 18,27 | 31 Ios 19,11 | 31 Ios 21,34 | 32 Ios 19,12

sarea Ptolomaidem pergentibus super mare propter montem Carmelum Epha dicitur.

Iepthahel in tribu Zabulon.

Iadela in tribu Zabulon.

Iermoth in tribu Issachar, urbs sacerdotibus separata. posuimus et supra Ierimuth, cuius et Osee propheta meminit.

Icoc sortis Neptalim in confinio trium tribuum, id est in tribu Zabulon ad australem plagam, in tribu Aser ad occidentem, porro in tribu Iuda ad solis ortum.

Iabnel in tribu Neptalim.

Ieron in tribu Neptalim.

Iethlam in tribu Dan.

Ielon in tribu Dan.

Iud in tribu Dan.

Ieracon aquae in tribu Dan.

In Lechi, pro quo Aquila interpretatur *in maxilla*.

Iabis Galaad. et hanc obpugnauerunt filii Israhel. nunc autem est uicus trans Iordanen in sexto miliario ciuitatis Pellae super montem euntibus Gerasam.

De regnorum libris.

Iaar saltus, in quo examen apum fuit.

Ierameli regio Allofylorum.

Iether ad quam misit Dauid. nunc est uilla in Daroma nomine Iethira, de qua et supra diximus.

Iecmaan ciuitas principum Salomonis.

Itabyrium, pro quo Aquila et Symmachus in Osee propheta transtulerunt Thabor. est autem mons Thabor in campo maximo ad orientalem plagam Legionis.

Iecthohel nomen petrae in regnorum libris.

Iethaba urbs antiqua Iudaeae.

In Aczeb, pro quo Symmachus transtulit *in ualle Zeb.*

In Achim siue in Bachim, pro quo Aquila et Symma-

3 Ios 19,14 | 4 Ios 19,15 | 5 Ios 19,21 | 5 Ios 21,29 | 6 = 132,16 | 6 Osee 5,8 | 7 Ios 19,34 | 10 Ios 19,33 | 11 Ios 19,38 | 12 Ios 19,42 | 13 Ios 19,43 | 14 Ios 19.45 | 15 Ios 19,46 | 16 Iud 15,16 | 17 Iud 21,8 | 21 Reg I 14,25 | 22 Reg I 27,10 | 23 Reg I 30,27 | 24 = 133,3 | 25 Reg III 4,12 | 26 Iud 8,18 | 26 Osee 5,1 | 29 Reg IV 14,7 | 30 ? | 31 Iud 7,25 | 32 Iud 2,1

chus transtulerunt *in fletu.* meminit huius et Michaeas propheta.

Ioppe oppidum Palaestinae maritimum in tribu Dan.

In Araba, pro quo Aquila transtulit *in humili* uel plano, porro Symmachus *in campestri.*

De euangeliis.

Ituraea et Trachonitis regio, cuius tetrarcha fuit Philippus, sicut in euangeliis legimus. Trachonitis autem dicitur terra iuxta desertum Arabiae quod Bostrae iungitur.

De Genesi.

Lasa terminus Chananaeorum circa Sidonem.

Luza in tribu Beniamin, quam postea Iacob cognominauit Bethel. est autem usque hodie uilla in sinistra parte uiae de Neapoli pergentibus Aeliam. Luza haec altera est, quae cecidit in sortem filiorum Ioseph iuxta Sichem in tertio lapide Neapoleos.

Lotan urbs ducum Edom.

De Numeris et Deuteronomio.

Lebona in deserto castra filiorum Israhel.

Labon locus solitudinis trans Iordanem, in quo Moyses Deuteronomium legit.

De libro Iesu.

Lachis in tribu Iuda. sed et hanc cepit Iesus rege illius interfecto. meminit huius Isaias et Ieremias. et nunc est uilla in septimo miliario ab Eleutheropoli euntibus Daromam.

Lebna in tribu Iuda ciuitas sacerdotalis, quam tenuit Iesus rege illius interfecto. nunc est uilla in regione eleutheropolitana quae adpellatur Lobna. scribit de hac et Isaias.

Lasaron. et hanc cepit Iesus rege illius interfecto.

Lapis Boen filiorum Ruben. est autem terminus tribus Iudae.

Laboth in tribu Iuda.

Lamas in tribu Iuda.

1 Mich 1,10 | 3 Ios 19,46 | 3 Reg I 23,24? Reg II 2,29? | 6 Luc 3,1 | 10 Gen 10,19 | 11 Gen 28,19 | 11 Ios 18,13 | 13 Iud 1,23 | 16 Gen 36,20 | 18 Num 33,20 | 19 Dt 1,1 | 22 Ios 10,3 | 23 Isa 36,2 | 23 Ier 34,7 | 26 Ios 10,29 | 28 Isa 37,8 | 29 Ios 12,18 | 30 Ios 15,6 | 32 Ios 15,32 | 33 Ios 15,40

Labaoth in tribu Symeonis.

Labanath in tribu Aser.

Lacum terminus Neptalim.

De iudicum libro.

Laboemath, pro quo Aquila interpretatur *ingressus Emath.*

Lesem. hanc filii Dan ui captam cognominauerunt Dan.

Luza altera iuxta Bethel in terra Chettim, quam condidit ille qui abierat de Bethel, sicut narrat historia.

Lechi, pro quo Aquila et Theodotion interpretantur maxillam. de qua iam et supra diximus.

Laisa. hanc filii Dan captam manu possederunt, cum esset procul a Sidone, et uocauerunt eam Dan. fuit autem terminus terrae Iudaeae contra septemtrionem, a Dan usque ad Bersabee se tendentis. meminit huius et Isaias. sita est autem iuxta Paneadem, de qua fluuius Iordanis erumpit.

De regnorum libris.

Lamattara ad quem locum Ionathan iacula dirigebat. pro quo Aquila interpretatur *ad signum*, Symmachus *ad condictum.*

Ladabar ubi erat Mifiboseth.

Lodabar unde fuit Machir.

Libanus mons Phoenicis altissimus.

Luith. huius meminit et Isaias. et est usque hodie uicus inter Areopolim et Zoaram nomine Luitha.

De Genesi.

Messe regio Indiae, in qua habitauerunt filii Iectan filii Eber.

Mamre. haec est Chebron, iuxta quam sepultus est Abraham cum Isaac et Iacob, de qua et supra diximus. Mamre autem uocabatur et unus amicorum Abraham.

Madian urbs ab uno filiorum Abraham ex Chettura sic uocata. est autem trans Arabiam ad meridiem in deserto Saracenorum contra orientem maris rubri, unde uocantur

1 Ios 19,6 | 2 Ios 19,26 | 3 Ios 19,33 | 5 Iud 3,3 | 6 Ios 19,47 | 7 Iud 1,23 | 9 Iud 15,16 | 10 = 134,16 | 11 Iud 18,7 | 14 Isa 10,30 | 17 Reg I 20,20 | 20 Reg II 9,4 | 21 Reg II 9,4 | 22 Reg III 5,13 | 23 Isa 15,5 | 26 Gen 10,30 | 28 Gen 13,18 | 29 = 112,4 | 29 Gen 14,13 | 31 Gen 25,2

Madianaei et Madianaea regio. legimus et filias Obab soceri Moysi filias Madian: sed haec alia ciuitas est ὁμώνυμος eius iuxta Arnonem et Areopolim, cuius nunc ruinae tantum modo demonstrantur.

Moab ab uno filiorum Lot qui uocabatur Moab, urbs Arabiae, quae nunc Areopolis dicitur, sic uocata est, cuius et supra meminimus. adpellatur autem Moab ex nomine urbis et regio. porro ipsa ciuitas quasi proprium uocabulum possidet Rabbath Moab, id est grandis Moab.

Masraca ciuitas regni Edom circa Gebalenen.

Mabsar. usque ad praesentem diem uicus grandis in regione Gebalena adpellatur Mabsara ad urbem Petram pertinens.

Magdihel. et haec in regione Gebalena, possessa quondam a ducibus Edom.

De Exodo.

Magdalus ad quem locum filii Israhel cum exissent de Aegypto peruenerunt ante quam transirent mare rubrum. legimus et in Ezechiel *de Magdalo usque Syenen.* porro Ieremias Iudaeos qui secum fugerant Babyloniorum impetum decliuantes in hac urbe Aegypti habitasse refert.

Merra, quod interpretatur amaritudo. est autem locus, in quo amaras aquas iactu ligni Moyses in dulcem uertit saporem.

De Numeris et Deuteronomio.

Memoriae (id est sepulcra) concupiscentiae castra filiorum Israhel in deserto, ubi post esum carnium adscendit ira dei super eos.

Maceloth castra filiorum Israhel in solitudine.

Matheca castra filiorum Israhel in solitudine.

Masuruth castra filiorum Israhel in solitudine.

Mathane, quae nunc dicitur Maschana. sita est autem in Arnone duodecimo procul miliario contra orientalem plagam Medabus.

Misor ciuitas Og regis Basan. significat autem misor loca plana atque campestria.

2 Ex 2,16 | 5 Gen 19,37 | 7 = 98,17 | 10 Gen 36,36 | 11 Gen 36,42 | 13 Gen 36,43 | 16 Ex 14,2 | 18 Ez 29,10 | 18 Ier 44,1 46,14 | 21 Ex 15,23 | 24 Num 11,34 | 27 Num 33,25 | 28 Num 33,28 | 29 Num 33,30 | 30 Num 21,18 | 32 Dt 3,10

Machanarath terminus urbis Amman, quae et Filadelfia dicitur.

Madbares. quam nos heremnm uocamus, hanc Hebraei madbarim nominant.

Misaida filiornm Iacim locus in solitudine, in quo obiit Aaron.

De libro Iesu.

Maceda. in hac conclusit Iesus quinque reges in spelunca, quos interfecit cum rege Maceda. quae fuit in tribu Iuda et nunc est in octano miliario Eleutheropoleos contra solis ortum.

Madon ciuitas, in qua fuit rex Iobab, aduersus quem Iesus bellum gessit.

Massefa in tribu Iuda, apud quam habitabat Iepte, iuxta Cariathiarim, ubi quondam arca testamenti fuit et Samuhel populum iudicauit. meminit huius et Ieremias.

Merrom aquae, ad quas exercitu praeparato castra sunt posita. est autem nunc uicus Merrus nomine in duodecimo miliario urbis Sebastae iuxta Dothaim.

Masrefothmaim, pro quo Aquila *Masrefoth aquae,* Symmachus *Masrefoth maris* interpretati sunt.

Machathi urbs Amorraeorum super Iordanem iuxta montem Ermon, de qua exterminare non ualuerunt filii Israhel Machathaeum.

Marom. et hanc cepit Iesus rege illius interfecto. posita est et supra Marrus.

Mageddo. et hanc cepit Iesus rege illius interfecto. quae cum cecidisset in sortem tribus Manasse, nequaquam possedit eam, quia pristinos habitatores nequiuit expellere.

Misor, pro quo Aquila et Symmachus humilem interpretati sunt. est autem ciuitas tribus Ruben, separata Leuitis in regione Gebalena.

Medaba usque hodie urbs Arabiae antiquum nomen retinens iuxta Esebon.

1 Dt 3,17 | 3 Ios 5,6? | 5 Dt 10,6 | 8 Ios 10,10 | 9 Ios 15,41 | 11 Ios 11,1 | 13 Ios 11,3 | 14 Reg I 7,5 | 14 Iud 20,1 | 15 Ier 40,6 | 16 Ios 11,7 | 19 Ios 11,8 | 21 Ios 12,5 | 21 Ios 13,11 | 22 Ios 13,13 | 24 Ios 12,20 | 25 ? | 26 Ios 12,21 | 27 Ios 17,11 | 29 Ios 13,9 | 30 Ios 20,8 | 30 Ios 21,35 mas | 32 Ios 13,9

Mefaath in tribu Beniamin. sed et alia est trans Iordanen, in qua praesidium romanorum militum sedet propter nicinam solitudinem.

Masfa in tribu Gad, separata Leuitis. est autem et alia nunc Masfa in finibus Eleutheropoleos contra septemtrionem pergentibus Aeliam, pertinens ad tribum Iudae.

Manaim in tribu Gad, separata Leuitis in regione Galaaditide.

Moladab in tribu Iudae siue Symeonis.

Medemana in tribu Iudae, cuius meminit Isaias. et nunc est Menois oppidum iuxta ciuitatem Gazam.

Magdala in tribu Iudae.

Maresa in tribu Iudae, cuius nunc tantum modo sunt ruinae in secundo lapide Eleutheropoleos.

Maon in tribu Iuda contra solis ortum. Daromae.

Maroth in tribu Iuda.

Maddi in tribu Iuda.

Masfa in tribu Beniamin.

Machoth in tribu Manasse.

Marala adscensus Zabulon.

Masan in tribu Aser iuxta Carmelum ad mare, ciuitas separata Leuitis.

Mare salinarum, quod uocatur mortuum siue asfalti (id est bituminis) inter Iericho et Zoaram.

Meeleb terminus Neptalim.

Magdihel in tribu Neptalim. et hodieque paruus uicus ostenditur in quinto miliario Dorae pergentibus Ptolomaidem.

Mons oliuarum ad orientem Ierusalem, in quo discipulos Iesus erudiebat.

De libro iudicum,

Mosfethaim, pro quo Aquila interpretatur *sortium*, Symmachus *uiciniarum*.

1 Ios 13,18 | 4 Ios 13,26 | 4 Ios 21,36 | 7 Ios 13,26 | 7 Ios 21,36 | 9 Ios 15,26 | 10 Ios 15,31 | 10 Isa 10,31 | 12 Ios 15,37 | 13 Ios 15,44 | 15 Ios 15,55 | 16 Ios 15,59 | 17 Ios 15,61 | 18 Ios 18,26 | 19 Ios 17,7 | 20 Ios 19,11 | 21 Ios 19,26 | 22 Ios 21,30 | 23 Ios 18,19 | 25 Ios 19,33 | 26 Ios 19,38 | 28 Zach 14,4 | 28 Mth 21,1 | 31 Iud 5,16

More nomen est collis, de quo in libris hebraicarum quaestionum plenius disputatur.

Menuith ubi Iepte praeliatus est. nunc autem ostenditur Mannith uilla in quarto lapide Esbus pergentibus Filadelfiam.

Machmas usque hodie uicus grandis ostenditur in finibus Aeliae antiquum nomen retinens, nouem ab ea milibus distans iuxta uillam Rama.

De regnorum libris.

Messab hostile oppidum iuxta Gabaa.

Magdon siue Magron, ubi sedit Saul.

Massefa in Moab, ad quam profugus Dauid cum Saulis insidias decliuaret uenit.

Masereth in qua sedit Dauid, nunc deserta. pro quo Aquila interpretatur munitiones, Symmachus refugia, Theodotion speluncas.

Masbach hostilis ciuitas regis Adrazar.

Mela id est Gemela, quam Aquila et Symmachus transtulerunt uallem salis. diximus de hac et supra.

Maacha regio regis Gesur.

Modeim uicus iuxta Diospolim, unde fuerunt Maccabaei, quorum hodieque ibidem sepulcra monstrantur. satis itaque miror quo modo Antiochiae eorum reliquias ostendant aut quo hoc certo auctore sit creditum.

Mapsar Tyri, pro quo Aquila et Symmachus interpretantur munitam Tyrum.

Magao urbs quam aedificauit Salomon.

Meeber, pro quo Aquila transtulit ἀπὸ πέραν, Symmachus ἐξ ἐναντίας, id est trans uel de contra.

Maces urbs unius principum Salomonis.

Mello ciuitas quam aedificauit Salomon. porro Symmachus et Theodotion adinpletionem transtulerunt. et de hac in libris hebraicarum quaestionum plenius dicitur.

1 Iud 7,1 | 1 Hieronym hebr quaest | 3 Iud 11,33 | 5 Reg I 13,2 | 9 Reg I 14,1 | 10 Reg I 14,2 | 11 Reg I 22,3 | 13 Reg I 23,14 | 16 Reg II 8,8 | 17 Reg II 8,13 | 18 = 130,3 | 19 Reg II 10,6 | 20 Macc I 2,1 | 24 Reg II 24,7 | 26 Reg III 4,12 | 27 Reg III 4,12 | 29 Reg III 4,9 | 30 Reg III 9,15 | 32 Hieronym hebr quaest

Medam ciuitas quam aedificauit Salomon.

Memphis ciuitas Aegypti, cuius Osee et Ezechiel et Ieremias prophetae recordantur. sed et Iudaei qui cum Ieremia de Hierosolymis profugi exierant habitauerunt in Memphis.

Machaas in Osee, pro quo Aquila et Symmachus concupiscentias interpretantur.

Miletus ciuitas Asiae, de qua Ezechiel scribit.

Mariboth cuius meminit Ezechiel dicens *usque ad aquam Mariboth*, pro quo Aquila lites, Symmachus iurgia uel contradictiones interpretantur.

Morasthi unde fuit Michaeas propheta. est autem uicus contra orientem Eleutheropoleos.

Masagam regio Moabitarum, ut scribit Ieremias.

Misor regio Moab iuxta Ieremiam.

Mofath regio Moabitarum, sicut in Ieremia legimus. posita est et supra Mefa.

Maon regio Moabitarum iuxta Ieremiam.

Melchon idolum Ammonitarum sicut scribit Ieremias.

De euangeliis.

Magedan ad cuius fines Matthaeus euangelista scribit dominum peruenisse. sed et Marcus eiusdem nominis recordatur. nunc autem regio dicitur Magedena circa Gerasam.

De Pentateucho.

Naid terra in qua habitauit Cain. uertitur autem in *σάλον*, id est motum sine fluctuationem.

Ninine urbs Assyriorum, quam aedificauit Assur egrediens de terra Sennaar. est et alia usque hodie ciuitas Iudaeorum nomine Ninine in angulo Arabiae, quam nunc conrupte Neneuen uocant.

Naalihel iuxta Arnonem castra filiorum Israhel.

Nabau, quod hebraice dicitur Nebo, mons super Iordanem contra Ierichum in terra Moab, ubi Moyses mortuus est. et usque hodie ostenditur in sexto miliario urbis Esbus contra orientalem plagam.

1 Reg III 9,15 | 2 Osee 9,6 | 2 Ez 30,13 | 2 Ier 2,16 | 3 Ier 44,1 | 5 Osee 9,16 | 7 Ez 27,18 | 8 Ez 48,28 | 11 Mich 1,1 | 13 Ier 48,1 | 14 Ier 48,21 | 15 Ier 48,21 | 16 = 139,1 | 17 Ier 48,23 | 18 Ier 49,1 | 20 Mth 15,39 | 21 Mc 8,10 | 24 Gen 4,16 | 26 Gen 10,11 | 29 Num 21,19 | 30 Num 32,3 | 31 Dt 34,1

Nabo ciuitas filiorum Ruben in regione Galaad, cuius meminit Isaias in uisione contra Moab et Ieremias. est uero et cuiusdam uiri uocabulum Nabau, qui Canath et ceteros uicos qui circum eam erant ex suo nomine nuncupauit Naboth. sed et usque hodie desertus ostenditur locus Naba distans a ciuitate Esbus milibus octo contra meridianam plagam.

Nageb. auster apud Hebraeos nageb dicitur, quod Symmachus interpretatus est meridiem. sciendum autem quod eadem plaga apud Hebraeos tribus uocabulis adpellatur nageb theman darom, quod nos possumus austrum africum meridiem siue eurum interpretari.

De libro Iesu.

Nefeddor, quod Symmachus interpretatur maritimam. Dor autem est oppidum iam desertum in nono miliario Caesareae pergentibus Ptolomaidem.

Napto nomen fontis in tribu Beniamin.

Naama ciuitas tribus Iudae.

Neesib in tribu Iuda, quae nunc uocatur Nasib, in septimo miliario Eleutheropoleos pergentibus Chebron.

Nepsam in tribu Iuda.

Naaratha in tribu Efraim. et nunc est Naorath uilla Iudaeorum in quinto miliario Ierichus.

Nafeth in tribu Manasse.

Naalol in tribu Zabulon ciuitas separata Leuitis.

Neceb in tribu Neptalim.

De libro iudicum.

Neela. de hac alienigenas Zabulon nequiuit expellere. est hodieque in regione Batanaea uiculus nomine Neila.

Nabe siue Nobba, ad quam adscendit Gedeon, urbs sacerdotibus separata, quam postea legimus Saulis furore subuersam.

Nemra ciuitas tribus Ruben in terra Galaad. et usque hodie uicus grandis Namara in regione Batanaea.

1 Num 32,38 | 2 Isa 15,2 | 2 Ier 48,1 | 3 Num 32,42 | 7 Num 34,3 | 13 Ios 11,2 | 16 Ios 15,9 | 17 Ios 15,41 | 18 Ios 15,43 | 20 Ios 15,62 | 21 Ios 16,7 | 23 Ios 17,11 | 24 Ios 19,15 | 24 Ios 21,35 | 25 Ios 19,33 | 27 Iud 1,30 | 29 Iud 8,11 | 30 Num 32,42 | 30 Reg I 22,19 | 32 Num 32,3

De regnorum libris.

Nauioth locus in Rama, ubi sedit Dauid. et de hac in libris hebraicarum quaestionum diximus.

Nachon. area Nachon, pro quo Aquila interpretatur area praeparata.

Nefath ciuitas unius principum Salomonis.

Neriger. et hanc extruxerunt in regione Iudaeae Samaritani, qui de Babylonia sunt profecti.

Nezab quam condiderunt Euaei in terra Iudaeae.

Nesarech idolum Assyriorum.

Nemerim, cuius meminit Isaias in uisione contra Moab et Ieremias. nunc autem est uicus nomine Bennamerium ad septemtrionalem plagam Zoarae.

Nebeoth regio de qua scribit Isaias.

De euangeliis.

Nazareth, unde et dominus noster saluator nazaraeus uocatus est. sed et nos apud ueteres quasi pro obprobrio Nazaraei dicebamur, quos nunc christianos uocant. est autem usque hodie in Galilaea uiculus contra Legionem, in quinto decimo eius miliario, ad occidentalem plagam iuxta montem Thabor nomine Nazara.

Naim oppidum in quo filium uiduae a mortuis dominus suscitauit. et usque hodie in secundo miliario Thabor montis ostenditur contra meridiem iuxta Endor.

De Genesi.

Orech ciuitas regni Nemrod in Babylone.

Olibama ciuitas principum Edom.

Odollam. diximus de hac et supra, cuius meminit Isaias.

De Exodo.

Othon ubi secundo filii Israhel castra metati sunt egredientes de Socchoth iuxta desertum, quando de Aegypto sunt profecti.

2 Reg I 19,18 | 3 Hieronym hebr quaest | 4 Reg II 6,6 | 6 Reg III 4,11 | 7 Reg IV 17,30 | 9 Reg IV 17,31 | 10 Reg IV 19,37 | 11 Isa 15,6 | 12 Ier 48,34 | 14 Isa 60,7 | 16 Mth 2,23 | 22 Luc 7,11 | 26 Gen 10,10 | 27 Gen 36,14 | 28 Gen 38,1 | 28 = 92,29 | 28 Mich 1,15 | 30 Ex 13,20

De libro Iesu.

Ofer. et hanc cepit Iesus rege illius interfecto.

Ooli ciuitas in tribu Aser.

Ofra. uia Ofra ducens ad terram Soal.

hucusque per o breuem litteram legimus, exin per extensum legamus elementum.

De pentateucho.

On urbs in Aegypto, quae Heliopolis dicitur graece, id est ciuitas solis, quam aedificauerunt filii Israhel, sicut septuaginta interpretes arbitrantur. alioquin in hebraicis uoluminibus non habetur. et recte, siquidem ante quam Iacob ingrederetur Aegyptum erat extructa iam ciuitas, quae et sacerdotem habuit Petefrem patrem Aseneth.

Or mons in quo mortuus est Aaron, iuxta ciuitatem Petram, ubi usque ad praesentem diem ostenditur rupes qua percussa Moyses aquas populo dedit.

Oboth in deserto castra filiorum Israhel.

De Iesu et regnorum libris.

Osa in tribu Aser.

Oram in tribu Neptalim.

Ofir unde, sicut in regnorum libris legimus, aurum adferebatur Salomoni. fuit autem unus de posteris Heber nomine Ofir, ex cuius stirpe uenientes a fluuio Cofene usque ad regionem Indiae quae uocatur Ieria habitasse refert Iosephus, a quo puto et regionem uocabulum consecutam.

On ciuitas Samariae, pro qua in hebraico scriptum est Aun, quod Aquila et Symmachus interpretantur inutile, Theodotion iniquitatem.

Ocho ciuitas sacerdotalis.

Oronaim urbs Moabitarum, sicut in Ieremia scriptum est.

De Genesi.

Puteus iuramenti quem fodit Abraham, id est Bersabee in regione geraritica. diximus de hac et supra.

2 Ios 12,17 | 3 Ios 19,25 | 4 Reg I 13,17 | 8 Ex 1,11 | 12 Gen 41,45 | 14 Num 20,25 | 17 Num 21,10 | 19 Ios 19,29 | 20 Ios 19,38 | 21 Reg III 9,28 | 24 Ioseph arch I 6,4 | 26 Ios 18,12 | 29 Ios 21,15 | 30 Ier 48,3 | 32 Gen 21,31 | 33 = 103,32

Puteus uisionis in deserto apud quem habitauit Isaac.

Puteus iudicii usque in praesentem diem in regione geraritica. uocatur autem uilla nomine Berdan, quod latine dicitur puteus iudicii.

Puteus iuramenti ubi iurauerunt Isaac et Abimelech uocaturque oppidum Isaac. sunt autem et alii plures putei in sanctis scripturis, qui hodieque in regione geraritica et iuxta Ascalonem demonstrantur.

Petra ciuitas Arabiae in terra Edom, quae cognominata est Iecthahel et a Syris Recem dicitur.

De pentateucho.

Robooth ciuitas Assyriorum, quam aedificauit Assur egrediens de terra Sennaar. et de hac in libris hebraicarum quaestionum plenius diximus.

Robooth urbs alia iuxta fluuium ubi erat rex Edom. et usque hodie est praesidium in regione gebalena et uicus grandis qui hoc uocabulo nuncupatur.

Ramesse urbs quam aedificauerunt filii Israhel in Aegypto. olim autem et uniuersa prouincia sic uocabatur, in qua habitauit Iacob cum liberis suis.

Roob quam transierunt exploratores qui ab Iesu filio Naue missi sunt. et usque hodie uicus Rooba in quarto lapide Scythopoleos sic nocatur, qui et Leuitis separatus fuit.

Rafaca in deserto ubi filii Israhel castra metati sunt.

Rafidim locus in deserto iuxta montem Choreb, in quo de petra fluxere aquae, cognominatusque est tentatio, ubi et Iesus aduersum Amalec dimicat prope Faran.

Rathma in deserto castra filiorum Israhel.

Remmonfares, ubi filii Israhel castra metati sunt.

Ressa castra filiorum Israhel.

Ramoth in tribu Gad ciuitas sacerdotalis et fugitiuorum in terra Galaaditide. nunc autem est uicus in quinto decimo miliario Filadelfiae contra orientem.

1 Gen 24,62 | 2 ? | 5 Gen 26,33 | 9 Reg IV 14,7 | 12 Gen 10,11 | 13 Hieron hebr quaest = in Gen 16,21 | 15 Gen 36,37 | 18 Exod 1,11 | 20 Gen 47,11 | 21 Num 13,21 | 23 Ios 21,31 | 24 Num 33,13 | 25 Num 33,14 | 26 Ex 17,1 | 27 Ex 17,8 | 28 Num 33,18 | 29 Num 33,19 | 30 Num 33,21 | 31 Ios 20,8

Recem. haec est Petra ciuitas Arabiae, in qua reg
Rocam quem interfecerunt filii Israhel. dicitur autem
rex quoque Madian.

De libro Iesu.

Remmon in tribu Symeonis siue Iudae. hodieque est
Remmon iuxta Aeliam contra aquilonem in quinto d
eius miliario.

Rogel nomen fontis in tribu Beniamin.

Rama in tribu Beniamin ciuitas Saulis in sexto
liario ab Aelia ad septemtrionalem plagam contra B
meminit huius et Ieremias.

Recem in tribu Beniamin.

Remmon. petra Remmon in tribu Symeonis siue Zab

Rabboth in tribu Issachar. est usque hodie alia
Rebbo in finibus Eleutheropoleos ad solis ortum.

Rethom in tribu Issachar.

Roob in tribu Aser ciuitas separata Leuitis.

Rama in tribu Aser *usque ad ciuitatem munitam Tyri*

Rama in tribu Neptalim.

idcirco eadem nomina uiculorum tribubus uariis
guautur, quia cum apud nos unum nomen sonare uidet
apud Hebraeos diuersis scripta sunt litteris.

Reccath in tribu Neptalim.

Ruma, quae et Arima, ubi sedit Abimelech, sicut in
iudicum scriptum est. quae nunc adpellatur Remfthis
autem in finibus Diospoleos et a plerisque Arimathaea
dicitur.

De regnorum libris.

Remmath ad quam Dauid praedae partem misit.

Rachel. et ad hanc Dauid spoliorum partem misi

Remmoth Galaad uilla trans Iordanem iuxta flu
Iaboc. diximus de hac et supra.

1 Num 31,8 | 2 Ios 13,21 | 5 Ios 15,32 | 8 Ios 18,16 | 9 Ios 18,
Ier 31,15 | 12 Ios 18,27 | 13 Ios 19,13 | 14 Ios 19,20 | 16 Ios 19,21 |
19,28 | 17 Ios 21,31 | 18 Ios 19,29 | 19 Ios 19,36 | 23 Ios 19,35 | 24 Iu
29 Reg I 30,27 | 30 Reg I 30,29 | 31 Reg III 4,13 | 32 = 145,31

Rabbath ciuitas regni Ammon, nunc Filadelfia, cuius meminit Ieremias.

Roos quam pertransiuit Dauid, pro qua Aquila et Symmachus interpretantur arcem.

Rogelim unde fuit Berzellai Galaadites amicus Dauid.

Rafaim uallis Allofylorum ad septemtrionalem plagam Ierusalem.

Remman ciuitas regum Syriae iuxta Damascum.

Reth. hanc percussit Asa rex.

Rathem, pro qua Aquila interpretatur ἄρκευθον, id est iuniperum, Symmachus umbraculum.

Remmon. huius meminit Isaias in uisione contra Moab.

Raseph ciuitas Syriae.

Rapheth urbs Assyriorum in regione Themau, de qua in Isaia scribitur.

Rebla in terra Emath, unde uictor Pharao adductum Ioachaz transtulit Aegyptum.

Remma mons in Isaia, pro quo Aquila interpretatur *mons Emmona*, Symmachus *in Armenia*. est et uilla Remmus in Daroma. porro in regnorum libris Remmam domus dicitur idoli damasceni.

Reblatha regio Babyloniorum siue urbs quam nunc Antiochiam uocant.

Ramale, pro quo Aquila interpretatur *exaltabitur*. scriptum in Zacharia. est autem et alius locus in tribu Beniamin iuxta Bethleem, de quo dicitur *uox in Rama audita est*. et de hoc in libris hebraicarum quaestionum plenius dicitur.

Rhinocorura ciuitas Aegypti cuius meminit Isaias. sciendum autem quod hoc uocabulum in libris hebraicis non habetur, sed a LXX interpretibus propter notitiam loci additum est.

Quod in libro hebraicorum nominum diximus, hoc etiam

1 Reg II 12,26 | 2 Ier 49,2 | 3 Reg II 15,32 | 5 Reg II 17,27 | 6 Reg II 5,18 | 8 ? | 9 Reg III 15,20 | 10 Reg III 19,4 | 12 Isa 15,9 | 13 Isa 37,12 | 14 Isa 37,13 | 16 Reg IV 23,33 | 18 Am 4,3 | 20 Reg IV 5,18 | 22 Reg IV 25,6 | 24 Zach 14,10 | 26 Mth 2,18 | 27 Hieron hebr quaest | 29 Isa 27,12 | 33 hebr nom

nunc in s litterae uidetur titulo praenotandum, apud Hebraeos tria esse s, hoc est samech et sade et sin. quae cum apud Graecos et Latinos sono simili proferantur, in sua lingua aliter atque aliter resonant. unde accidit ut eadem nomina apud nos diuersum sonare uideantur et plus quam ceterae litterae haec habeat. non enim ex una, sed ex tribus litteris loca et urbes et uiculi describuntur.

De Genesi.

Sidon urbs Foenicis insignis, olim terminus Chananaeorum ad aquilonem respiciens et postea regionis Iudaeae. cecidit autem in sortem tribus Aser, sed non eam possedit, quia hostes nequaquam ualuit expellere.

Sennaar campus Babylonis in quo turris extructa est. unde egressus Assur aedificauit Niniuen. meminit huius loci Iosephus in primo antiquitatum libro ita scribens *de campo qui in Babylonia regione adpellatur Sennaar narrat Estiaeus historicus dicens „quidam sacerdotum profugi de templo Enyalii Iouis sacra rapientes in Sennaar campum Babyloniae peruenere“.*

Sichem et Salem, quae latine et graece Sicima uocata est, ciuitas Iacob nunc deserta. ostenditur autem locus in suburbanis Neapoleos iuxta sepulcrum Ioseph, quam subuertit Abimelech et seminauit in ea salem, sicut in libro iudicum scriptum est. postea uero instaurata est ab Ieroboam, ut regnorum narrat historia. et sita est in finibus tribus Efraim. sed et filius Emmor adpellabatur Sichem, a quo et locus nomen acceperat. fuit autem et altera Sichem in monte Efraim, ciuitas fugitiuorum.

Sennaar. unde fuit Amrafel, qui aduersus reges Sodomorum bellum gessit.

Sodoma ciuitas impiorum diuino igne consumpta iuxta mare mortuum.

Seboim. et haec ciuitas impiorum in aeternos cineres dissoluta iuxta urbem quondam Sodomam.

9 Gen 10,15 | 11 Ios 19,28 | 13 Gen 11,2 | 14 Gen 10,11 | 15 Ioseph arch I 4,3 | 20 Gen 12,6 | 20 Gen 14,18 | 21 Gen 33,18 | 23 Iud 9,45 | 25 Reg III 12,25 | 26 Gen 33,19 | 28 Ios 20,7 | 29 Gen 14,1 | 31 Gen 14,2 | 33 Gen 14,2

Sofera mons orientis iu Iudia, iuxta quem habitauerunt filii Iectan filii Heber, quos Iosephus refert a Cofene flumiue et Indiae regionibns usque ad id locorum peruenisse, ubi adpellatur regio Ieria. sed et classis Salomonis per triennium hinc quaedam commercia deportabat

Seora urbs iuxta Sodomam quae et Segor et Zoara, de qua et supra diximus.

Saue ciuitas antiqua in qua habitauerunt Ommaei gens ualida, super regionem Sodomae, quam excidit Chodorlagomor.

Seir mons in terra Edom, in quo habitauit Esau, in regione Gebalena, quae ex eo quod Esau pilosus esset et hispidus Seir, hoc est pilosi, nomen accepit. in quibus locis ante habitauit Chorraeus, quem interfecit Chodorlagomor. meminit montis Seir et Isaias in uisione Idumaeae.

Salem ciuitas Sicimorum quae est Sichem. sed et alia uilla ostenditur usque in praesentem diem iuxta Aeliam contra occidentalem plagam hoc nomiue. in octauo quoque lapide a Scythopoli iu campo uicus Salumias adpellatur. Iosephus uero Salem esse adfirmat in qua regnauit Melchisedec quae postea dicta est Solyma et ad extremum Hierosolymae nomen accepit.

Sur ubi inuenit angelus ancillam Sarae Agar inter Cades et Barad. extenditur autem desertum Sur usque ad mare rubrum, quod ad Aegypti confinia peruenit. porro Cades solitudo est super urbem Petram. sed et scriptura desertum Cades contra faciem Aegypti extendi memorat, ad quod primum uenere Hebraei rubro mari transuadato.

Segor, quae et Bala et Zoara, una de quinque ciuitatibus Sodomorum, ad preces Lot de incendio reseruata, quae usque nunc ostenditur. meminit huius Isaias in uisione contra Moab. de qua et supra diximus.

Scenae, id est tabernacula, locus in quo habitauit Iacob regressus de Mesopotamia, qui lingua hebraica adpellatur Socchoth.

1 Gen 10,29 | 2 Ioseph arch I 6,4 | 4 Reg III 10,11 | 6 Gen 14,2 | 7 = 28? | 8 Gen 14,5 | 10 Gen 14,6 | 13 Gen 32,4 | 14 Isa 21,11 | 15 Gen 14,18 | 18 Ioseph arch I 10,2 | 22 Gen 16,7 | 26 Reg I 15,7 | 27 Num 20,1 | 28 Gen 19,22 | 30 Isa 15,5 | 31 = 6 | 32 Gen 33,17

De Exodo.

Socchoth. prima mansio filiorum Israhel in deserto, postquam de Aegypto sunt profecti ante quam mare transirent rubrum.

Sin desertum inter mare rubrum et solitudinem Sina. nam de deserto Sin filii Israhel uenerunt in Rafidim et a Rafidim in desertum Sina iuxta montem Sina, ubi Moyses tabulas legis accepit. desertum autem Sin idem dicit esse scriptura quod et Cades. sed hoc iuxta Hebraeos. ceterum in LXX interpretibus non habetur.

De Numeris et Deuteronomio.

Selmona. castra filiorum Israhel in deserto.

Safar. mons Safar in deserto castra filiorum Israhel.

Sattim. ubi pollutus est populus in fornicatione filiarum Moab. est autem iuxta montem Fogor, unde et Iesus exploratores ad inuestigandam et noscendam misit Iericho.

